Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-32889-p0001-2
DFG

+4049 958 01

Nicht ausleihbar

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-32889-p0002-8

DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-32889-p0003-4
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-32889-p0004-0
DFG

CAROLI LINNÆI

Med. Doct.

Soc. Ac. Imp. Nat. Cur.

CRITICA BOTANICA

In qua

NOMINA PLANTARUM

GENERICA, SPECIFICA, & VARIANTIA

EXAMINI SUBJICIUNTUR,

SELECTIORA CONFIRMANTUR,

INDIGNA REJICIUNTUR;

Simulque

DOCTRINA CIRCA DENOMINATIONEM PLANTARUM TRADITUR.

Seu

Fundamentorum Botanicorum pars IV.

Accedit

JOHANNIS BROWALLII

De Neceſſitate Hiſtoriæ Naturalis Diſcurſus.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud CONRADUM WISHOFF, 1737.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-32889-p0005-6

Nat. W.
207
F.

Obſequium Amicos, Veritas odium parit.

Terent.

KOENIGL.
BIBLIOTHEK
ZU
DUSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-32889-p0006-1
DFG

BOTANICO
HUJUS ÆVI FACILE
PRINCIPI
JO. JAC. DILLENIO
MEDICINÆ DOCTORI,

In Academia Oxoniensi

Professori Botanices Sherardiano, Acad. Imper. Nat. Curiosor. & Soc. Reg. Soc.

S.

CAROLUS LINNÆUS.

NOminum dissensus, primus ad barbariem gradus, quam ponderosum Botanicorum humeris imposuit onus, Tu aliis VIR CELEBERRIME *melius noris, ultimam qui hodie manum desideratissimo Sherardi phytopinaci imponis; inevitabilis tamen hactenus exstitit nominum innovatio in Botanicis, quamdiu nullæ leges assumtæ fuere, secundum quas judicari possunt nomina; vivunt Botanici in libera republica, quibus lex*

præscribi potest nulla æterna, nisi assumta a civibus præsentibus & futuris; adeoque nec alia, quam quæ rationibus & exemplis demonstretur tam pura & necessaria, ut melior excogitari nequeat ulla.

Has, quas concipio & quæro leges, antequam obtinet Botanice, necesse est, ut varii cives sua argumenta proponant, & dein determinet, quæ aliis præferenda sint, posteritas.

Dum meas exhibeo circa nomina observationes, Tuum Illustre nomen meo libello præfigo, ne obruar malevolorum rumoribus, qui magis intenti quomodo aliorum dicta rideant, quam ut quid ipsi sapienter dicant; Te enim majorem agnoscit hodiernus dies nullum; scis dein quanti omnibus habitum semper sit principibus placere Viris, tanti certe & mihi, Tibi non displicere; Reddo simul gratum, qualemcunque hic potero, animum Benevolentiæ Tuæ summæ, qua me, dum Oxoniensis salutabam Musas, amplecti nulla hora intermisisti. Tu demum mihi author fuisti, ut plura de theoria Botanices commentarer, qui meæ levitatis probe ipse gnarus dudum vela contraxissem. Tu tandem, qui ex sani ratiocinii & rationis trutina omnia ponderare solitus es, mihi viam aperuisti, quam pedibus vacillantibus licet, hic calcare studeo. Excipias itaque benignus, quæ offero, Tuus qui esse aveo. Vale Vir Magne, vivasque diu inconcussum artis nostræ fulcrum.

Dabam ex Musæo Cliffortiano
1737. Jun. 22.

LEC-

LECTORI

S.

AUTHOR.

QUantam nominum innovatio, a restauratis scientiis in hunc usque diem, Botanicis crearit difficultatem, nullus non expertus novit; repulsa itaque barbarie ob nominum immensam copiam imminente, sub initio præcedentis seculi per C. Bauhinum, ex unanimi concensu Botanicorum atro notabantur carbone omnes, nova qui introducere in posterum auderent nomina, idque concilio optimo, cum rebus ita constitutis, meliora conficere non permitteret disciplinæ gradus, ad quem tum evecta erat scientia.

Redacta tandem republica Botanica a Morisono sub imperii systematici forma, æternaque lege, ex naturæ libro deprompta, promulgata (F. B. 165. 166. 213. 214.) inscitiæ nomine notabantur, legem hanc qui

violarent vel transgrederentur. Nulla tum admittebatur exceptio; excludi debuere inevitabili fato nomina omnia ſpecierum, genere quæ non conveniebant eodem. Heu! quanta, & qualis dein rerum perturbatio circa finem ſeculi præcedentis, inteſtinis motibus dum diſtrahebantur cives Botanici, ſub Triumviratu Raji, Tournefortii & Rivini, alia dum nomina generibus ſingulis imponebantur a Tournefortio, alia dum a Rivino; aliter dum genera diſtribuebantur ab hoc, aliter ab altero. Obtenta tandem in generibus Victoria a Tournefortio, pacatiſque rebus, nova ab illo tempore nomina plura faſtidiebat orbis Botanicorum.

Novas copias tamen e peregrinis terris omni die advehere, advectas convenientioribus inſignire nominibus, deficientia exſtruere, prioribus cladibus mederi, ſapientiores evadere, melioraque conſilia excogitare, communique reipublicæ ſaluti proſpicere nunquam intermittebant cives, licet horum nullus totalem reipublicæ reformationem introducere ſuſceperit, (occidit enim ſub ipſis auſpiciis Vaillantius) aut nova

va nomina imponere; Tamen lento, & vix perceptibili gradu a Tournefortii tempore in diem hodiernum irrepſere nova nomina tot, quot a Dictatore nullo imperata fuere unquam; patet hoc conferenti nova Fevillæi, Commelini, Boerhaavii, Vaillantii, Pontederæ, Dillenii, Ruppii, Scheuchzeri, Knautii, Monti, Heucheri, Buxbaumii, Michelii, Krameri, Burmanni &c. nomina. Cogit Mortales inevitabilis neceſſitas in ſcopulos incurrere, quos evitare non didicerant; injungit ſana ratio iſtam improbare viam, qua minus tuto itur; ſic & neceſſe eſt Botanicos erronea imponere nomina, quamdiu inculta jacet ſcientia, quamdiu leges & canones non conſtructi ſunt, quibus ſuperſtruunt tanquam immotis fundamentis, ſcientiam Botanices, adeoque correxerunt hi prædicti ſumma ratione anteceſſorum ſuorum mala nomina, neceſſitate coacti.

Authorum dum evolvo ſtrenuos labores, obſervo omnes per totum diem occupatos in detegendo, deſcribendo, depingendo, adque genera & claſſes reducendo plantas,

paucos vero horum philoſophos, & vix ullos qui nomina, alterum Botanices fundamentum, excolere adgreſſi ſunt, licet hoc æque neceſſarium ſit ac unquam generum cura, ut nomen immobile perſiſtat; ſe nullas circa nominum impoſitionem a veteribus datas regulas, demonſtrationes aut rationes reperire dolent Tyrones, dolent excercitati in arte Viri. Rationes enim, ſi quas paſſim adduxere Botanici circa nomina, nimis ſpeciales ſunt, quam ut inde quid certi concludere liceat, Authorum dein tantus diſſenſus eſt, ut cuinam fidem præprimis adhibeat, vix determinet lector, cum rationes ſufficientes non ubique pateant; non mirum itaque e Tyrone maturus factus Botanicus, dum omnia exhauſiſſe videtur, ſi in praxi errorem committat circa denominationes, Botanicemque erroneis ita nominibus oneret.

Certæ itaque induciæ, melioraque tempora ſperanda nunquam ſunt, antequam inter ſe conveniant Botanici de legibus fixis, ſecundum quas dijudicari poſſunt nomina, bona ſcilicet a malis abſolute diſtin-

gui,

gui, bona defendi, mala absque exceptione ulla excludi, ut immotis principiis munita Botanice persistat inviolabilis & inconcussa.

Leges istas, antequam admittant Botanici, necesse est, ut aliquis horum in se suscipiat positiones dare Botanicis aliis examinandas, quæ si bonæ, confirmentur, si vero fallaces, fallaciæ convincantur, excludantur, melioraque in horum subrogentur locum; quod quamdiu incipere recusant Botanici, tamdiu & incerti hærebunt, & nomina falsa oneri Botanices quotidie accumulabuntur. Hanc Spartam cum hactenus nullus in se suscipere dignatus sit, ego mecum constitui illud tentare; si enim liceat Civi in libera republica loqui, utique & mihi meas in Botanicis rationes dare licebit! non eo temeritatis perveni, ut crederem mea ratiocinia omnia, tam solida esse, quin alius longe maturiora proferret, tamen mea vera erunt, usquedum magis vera demonstrentur. Vobis Botanicis Amicissimis, meas subjicio regulas, mihi præscriptas, & secundum quas ego incedam; si vobis dignæ

videantur, etiam a vobis in usum trahantur; sin minus, meliora impertiatis!

Ante annum dimidium cum mea prodirent Genera, a non paucis suasus fui, ut meas circa nomina darem observationes, cum paucis, imo paucissimis, meorum Fundamentorum Botanicorum meæ constarent rationes; hoc quo minus præstarem susceptum in humeros meos onerosum & amplum opus Horti Cliffortiani prohibuit, quod non modo omnes mihi horas, sed & sano corpori necessariam requiem subtraxit, propositus enim dies, quo castra moverem, absolutam postulabat telam, hinc vix momentum temporis superfuit, quo adversaria mea colligerem, collectisve ultimam adderem manum. Hisce positis necessarias hasce observationes judicarunt Amici quidam de me optime meriti, ut antequam ad species progrederer, eas publicæ luci traderem. Consilio horum Virorum, quibus quid denegare mihi religioni duxi, obtemperans, levidenses meas observationes corrasi, editorique commisi. Prohibuit adeoque circumscriptum maxime

tem-

temporis ſpatium ultimam manum lentumque calamum operi admovere, dictiſque gratiam conciliare; nolui tamen retardare opus, ut malevolorum evitarem tela, quibus placere ſtudui nunquam; noveram enim ſapientiores, quorum cenſuræ mea committo, verborum lenociniis non effaſcinari, ſed ſolum ad rationes & exempla reſpicere, indeque dependentem uſum ponderare; hos inſuper noveram mihi non imputaturos, dum prodeſſe ſtudeo, quæ tempus denegaverit.

Altera non minus formidabilis mihi objiciebatur remora, dum alia non dabatur, quam per exempla, via; nam ſi vel plura volumina de nominibus congeſſiſſem, ſi vel in ratiocinando immodice luxuriaſſem, nec ſimul exempla dediſſem, pauci meam percepiſſent mentem: at vero e ſolis exemplis, abſque argumentis omnes facillime me intelligerent, cum loquatur res præſens ipſa; quomodo plantas indicarem abſque nominibus? quomodo nomina ſine authoritate? Exempla itaque dum darem, etiam authoritatem allegare tenebar, & hæc dum facerem,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-32889-p0015-1 DFG

rem, me facile e gratia istorum cadere; quibus maxime placere studebam, prævidi; ipse etiam, qui per vitam Criticorum fui hostis, deberem Criticorum adscribi numero. Criticos voco Botanicos istos, heu nimis multos! qui Tyrannorum instar per cladem aliorum sibi famam & authoritatem conciliare satagunt, nec observatiunculam cum erudito orbe communicare, nisi simul ostendant alium ipsis doctiorem hæc non observasse: vel pygmæorum instar, gigantum humeris dum insistant, se ulterius prospicere jactitent, nescientes non omnibus datum omnia vidisse, aliumque in describendo excelluisse, in pingendo alium, in Synonymis alium, in minutissimis alium, in generibus alium, & in aliis partibus alios, cum unius viri vita non sufficiat ad omnia absolvenda, interim notabilia augmenta sumsit, dum singuli singula curarunt & restaurarunt. Ne itaque ullum læderem, constitui sapientiores tantum & quibus e meliori luto finxit præcordia Titan, allegare, eo certior, me ab his doctioribus veniam impetraturum, dum no-

noveram istos ad tam solidam nunquam pervenisse doctrinam, nisi omni rei alii augmentum Botanices prætulissent, hosque sapientiores, non ex cœco authoritatis amore sua defendere, sed illud unicum modo curare ut floreret Botanica. Alios vero inferioris subsellii Botanicos, si tetigerim, veniam expeto, qui hoc non a malitia, sed amore Botanices ductus scripsi.

Criticam itaque L. B. quam offero secundum Fundamenta mea Botanica Cap. VII. VIII. IX. X., explicando parägr. 210. *ad* 324. conscripsi, exempla sat multa adduxi, ut quivis facile secundum ea referre queat nomina ad suas leges. In Specificis autem vix ulla allegavi exempla, cum pauca prostent digna, & paucis, imo paucissimis Botanicis, hoc ipso tempore, quo florentissima superbimus Botanica, constet quæ plantæ Varietates, quæ Species sint; proin in Horto Cliffortiano propediem ex liberalitate Generosissimi Possessoris proditurio Varietates ad Species reducere, Species nominibus specificis notare allaboravi.

Has

LECTORI.

Has regulas æque in Regno Lapideo & Animali, ac unquam in Botanicis, obſervatis hinc inde obſervandis, valere ſcias. Auſis fave.

Dabam ex Muſæo Cliffortiano
1737. Maj. 31.

A U-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-32889-p0018-9
DFG

AUTHORES.

B. *Boerbaavius.*
Br. *Breynius.*
Bur. *Burmannus.*
Bx. *Buxbaumius.*
C. B. *Bauhinus Casp.*
Cæs. *Cæsalpinus.*
Cm. *Commelini.*
D. *Dillenius.*
Ds. *Dioscorides.*
Fl. lapp. *Flora Lapponica Authoris.*
F. B. *Fundamenta Botanica Authoris.*
Gd. *Gundelius.*
J. B. *Bauhinus Joh.*
Juss. *Jussieu.*
Hk. *Heucherus.*
Isn. *Isnardus.*
Kn. *Knaut.*
Kr. *Kramerus.*
Ld. *Linden.*
M. *Michelius.*
Mg. *Magnolius.*
Mr. *Morisonus.*
Niss. *Nissole.*
Pl. *Plumier.* (§. 241. *Plinius*).
Plk. *Plukenetius.*

Pn.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-32889-p0019-7

AUTHORES.

Pn. *Pontedera.*
Pt. *Petiverus.*
Rj. *Rajus.*
Rp. *Ruppius.*
Rv. *Rivinus.*
S. N. *Syst.* 3. *reg. nat. Authoris.*
Sch. *Scheuchzerus. J.*
T. *Tournefortius.*
Tr. *Trantius.*
V. *Vaillantius.*

NOMINA

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-32889-p0020-8 DFG

NOMINA GENERICA.

210. *Denominatio, alterum Botanices fundamentum, facta dispositione, nomina primum imponat.*

FUndamentum Botanices duplex statuimus (*F. B.* 151.): Dispositionem & Denominationem plantarum, utramque a Botanico cum judicio instituendam.

Si quis omnes plantas secundum impressos characteres exacte distingueret, nec nomina ipsis imponeret, suam doctrinam cum nullo communicaret. Novit & Rusticus plantas, novit forte & brutum, sed quis ex iis sapiat? hinc *ISIODORUS Nomina si nescis, perit & cognitio rerum.*

Botanicus itaque distinguitur ab Idiota, eo, quod ille dare queat nomen huic, non alteri plantæ, applicabile, cuique, ubicunque demum terrarum, intelligibile.

Nomina Veterum Græcorum & Romanorum plantis imposita laudo, ad conspectum vero Recentiorum plurium horreo; hæc enim maximam partem sunt ni-

hil nisi Chaos confusionis, cujus Mater barbaries, Pater authoritas, Nutrix præjudicium.

Nec mirum factum! quis enim Tyro de nominibus fuit unquam instructus? quis unquam dedit circa denominationem plantarum præcepta, demonstrationes, exempla? videre jamjam Recentiores naufragia, evitarunt plurimos scopulos, sed inciderunt sæpe in Scyllam, cupientes vitare Charybdin.

Tournefortius selegit maxime: *Ruppius* selegit nonnulla: *Dillenius* cautior reliquis incessit. Longe tamen plura & hi, & alii rejecissent, ni religiose nimis dimittere recusarent Senes assuefacta nomina, eaque pro aris & focis defenderent. Semel tamen inchoandum, licet & de fama periclitaretur: magis enim mihi est unius Sapientis assensus, quam centum Idiotarum vana opprobria.

Nulla me movet incantatio ante editum Pinacem Sherardianum, post quem anathemate omnes, qui mutarent plantarum nomina, minatus est *Threlkeld*; & ego quidem subscriberem, si modo ille digna interim præstaret nomina; quod cum hucusque factum non sit, mea exempla proferre, aliorum censuræ submittere, religioni mihi non duco.

Facta dispositione plantarum in Genera, tum primum imponi debent Nomina, nec antea. Hinc nulla assumenda sunt nomina plantis imposita, quæ non conveniunt generibus, adeoque nec Veterum, nec officinalia, nec recepta ulla, quæ sub uno nomine diversa includunt genera; *Unicum ubi genus, unicum erit nomen!*

211. *Nomina vera plantis imponere Botanicis genuinis tantum in potestate est.*

BOtanicus mihi hic dicitur is, qui genera naturalia observare intelligit. Botanici autem nomine indignum judico Curiosum, qui de generibus sollicitus non est.

Fundamentum dein denominationis omnis plantarum versatur circa Genera & Species: quæ conveniunt genere & specie, eodem sub nomine veniant in genere ac specie; & vi oppositorum. §. 213. 214.

Sequitur itaque, nullum nomina vera plantis imponere posse, nisi sit Botanicus, & intelligat genera, & species notas.

Desideratur etiam a Botanico, ut cum judicio nomina imponat: nec prima, quæ in mentem incurrunt.

Videmus ex allegatis exemplis, quam absurda, stulta & ridicula, renovatis nuper studiis, nec exculta hac doctrina, imposuere Commentatores nomina: ex aliorum itaque exemplis docti simus oportet. α.

Negamus omnia nomina ab ullo imposita plantis, nisi sint a Systematicis vel confecta, vel confirmata; Veterum enim, qua talia, nulla sunt; si bona, casu bona.

Nec, quod metuat quis, opus est, novum imponere nomen plantæ a Collectore aliquo antea nominatæ: ejus enim per se, quatenus genera non intellexerit, falsum debet esse, nisi per accidens dignum fuerit, vel ille a doctiori circa plantam instructus.

Excludimus omnia nova nomina, in memoriam

Botanicorum data ab alio, quam genuino Botanico: Characterem quippe obſervare debet is, qui, ut perſiſtat a ſe datum nomen, deſiderat. β.

Veneramur omnipotentiam Creatoris, inque plantis ſumma ejus myſteria; nomina autem iſta religioſa non admittimus. γ.

α. *Veterum.*

Pater	noſter	*Cyperus.*
Bonus	Henricus	*Chenopodium.*
Malus	Henricus	*Squamaria.*
Noli	me tangere	*Impatiens.*
Morſus	Diaboli	*Scabioſa.*
Morſus	Ranæ	*Hydrocharis.*
Viſcera	Diaboli	*Cuſcuta.*
Fuga	Dæmonum	*Hypericum.*
Surge	& ambula	*Gentiana.*
Filius	ante patrem	*Tuſſilago.*
Regina	prati	*Filipendula.*
Gratia	Dei	*Gratiola.*
Mater	violarum	*Cheiranthus.*
Mater	Herbarum	*Artemiſia.*
Arbor	triſtis	*Nyctanthes.*
Arbor	vitæ	*Thuya.*
Fel	terræ	*Gentiana.*
Podagra	lini	*Cuſcuta.*
Herba	impia	*Gnaphalium.*
Herba	furum	*Cannabis.*
Herba	inferni	*Cuſcuta.*
Herba	caſta	*Mimoſa.*
Lacryma	Job	*Coix.*
Flos	paſſionis	*Paſſiflora.*
Chærophyllo	accedens	*Aphanes.*

Cicu-

Cicutariæ quodammodo ſimilis		*Aphanes.*
Sol	indianus	*Helianthus.*
Barba	jovis	
Barba	capræ	*Aruncus.*

β. Recentiorum.

Bontiana	*Pt.*	
Breyniana	*Pt.*	
Ruyſchiana	*Pt.*	
Drakena	*Clus.*	*Dorſtenia.*

γ. Divina.

Oculus	Chriſti	*Aſter.*
Palma	Chriſti	*Orchis.*
Spina	Chriſti	*Rhamnus.*
Lancea	Chriſti	*Lycopus.*
Labrum	Veneris	*Dipſacus.*
Umbilicus	Veneris	*Saxifraga.*
Speculum	Veneris	*Campanula.*
Pecten	Veneris	*Scandix.*
Calceus	Veneris	*Cypripedium.*
Barba	Jovis	
Chirothecæ	S. Mariæ	*Aquilegia.*
Claves	S. Mariæ	*Calceolus.*
Chlamys	S. Mariæ	*Petaſites.*
Lacryma	S. Mariæ	*Coix.*
Lac	S. Mariæ	*Carduus.*
Poma	S. Mariæ	*Punica.*
Stramen	S. Mariæ	*Galium.*
Stragulum lecti.	S. Mariæ	*Thymus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-32889-p0025-7 DFG

212. *Nomina omnia ſunt in vegetabilis enunciatione, vel* muta, *ut claſſis & ordinis; vel* ſonora, *ut genericum ſpecificum & varians.*

SYſtema omne plantarum per quinque appropriata membra abſolvi (per Claſſes ſcilicet, Ordines, Genera, Species & Varietates) diximus §. 155, idque demonſtrare adgredimur in Philoſophia Botanica. Hiſce omnibus imponi debere appropriata nomina, nullum fore, qui negabit, ſpero, licet in Ordinibus (Sectionibus *Tournefortio*) ante hac non adeo receptum.

Exemplum petam ex Zoologicis, ubi in ſex claſſes diviſi Animalia omnia; in Quadrupedia ſc., Aves, Amphibia, Piſces, Inſecta, & Vermes (confer *Syſtema* noſtr: *Naturæ*). Si mihi occurrat inſpicienda *Anas*, & dico eſſe *avem*, idem eſt, ac ſi dixiſſem eſſe Animal duobus pedibus, totidem alis, pennis, plumiſque indutum. Si ignarus ulteriorem deſiderat ideam ſubjecti, adderem eſſe ex Ordine *Anſerino*; quo ſolo verbo norit eſſe palmipedem, aquaticam, natantem avem. Adeoque pro facilitate, brevitate, compendio, neceſſaria ſunt nomina & artis termini. Hæc ut digna evadant, & ſtudio confecta, a Botanicis in hoc paragrapho obſervari vellem.

In Denominatione alicujus ſpeciei non opus eſt etiam recenſere nomen claſſicum & ordinis, cum facile retinentur in memoria, ſub qua phalange perſtant genera: adeoque ſolum nomen genericum cum ſequentibus proferamus. e. gr. *Tetrao cauda bifurcata* melius

audit

audit quam *Avis gallinacea Tetrao cauda bifurcata*, cum priora ponantur ex legibus Systematis nota. Nec possent nomina classium & ordinum in Botanicis sonora esse, quamdiu tam paucæ sint classes, vel ordines naturales detecti; de Succedaneis esset dissertatio in æternum.

De Veris itaque nominibus conficiendis, hisce quinque membris systematicis dignis, sequentia monere visum est.

213. *Quæcunque plantæ genere conveniunt, eodem nomine generico designandæ sunt.*

QUæcunque plantæ fructificatione conveniunt, genere conjungi debent. Quæcunque genere conveniunt, eodem nomine designari, est primarium fundamentum, cui superstructa est tota scientia Botanices, ut eo demto ruere debeat integra.

Nulla sub hac regula datur exceptio, nulla cautela; sed axiomatis instar nuda persistit.

Tournefortius, incomparabilis ille Botanicus, cum nomina retinere voluerit, non adgressus est species sub eodem genere positas dividere: aliasque hoc, alias verò alio nominare nomine: sed potius genera naturalia fregit, ut nomina retineret, testante Eo Ipso. Sic *Meum* (æquivocum istud) licet ad Fœniculum Ipsi videbatur absolute referendum, remansit; sic *Limon*, *Aurantium*, *Malus* & *Cydonia* perstitere. Ergo concludo eundem errorem illum errare, qui non naturale introducit genus, ac ille, qui ejusdem generis

plantas divisas pluribus nominaret nominibus genericis. Hic rideretur ab unoquoque, ille modò aufugeret risum vulgi.

Quid magis conveniens est, quam quod fratres eodem gaudeant cognomine? Si hæc regula non locum haberet, necessaria essent tot nomina primaria, quot species; Nomina hæc memoriâ teneri necessario debent specifica non item: quæ enim ad hæc rite tenenda sufficeret memoria?

Usum dein quam eximium ex hac observata regula reporto: nominata enim planta aliqua, ex solo nomine in memoriam revoco characterem, attributa, usum affinium: & fallit raro, quin maxima parte conveniant inter se congeneres species.

Species itaque referre ad genera, communia autem non concedere nomina generica, juvat, dum inquiro plantas, easque suo loco observo: maximus tamen, qui inde dependet, usus, in communi & quotidiano de plantis studio nobis denegatur; nomina enim generica per orbem Botanicum valent, ut nummi ex consensu Reipublicæ.

Hinc, quid sentiendum de instituto *egregii RAJI* liquet, qui in *Historia* species ad genera retulit, sed nomina omnibus congeneribus speciebus non imposuit. Excusandus est, ubi non certus fuit de speciei denominandæ genere. Subtraxit forte *Rajus* se, ne multis novis nominibus oneraret Botanicen: sed puto mille nova nomina minus onerare Botanicen, si bona, quam decem mala. Et si non selecta a Systematicis, qui genera intelligunt, speranda sunt, multo minus ab Empiricis.

Quæ-

214. *Quæcunque plantæ genere differunt, diverso nomine generico designandæ sunt.*

Hic aphorismus omnino idem est cum antecedenti, ex vi oppositorum; argumentandi caussa eundem distinctum volui.

Uti ex antecedenti (§. 213.) solo nomine ideam plantæ alicujus, licet ignotæ, nobis repræsentavimus; sic hic omnino contra; nam si nomen falsum, fit etiam falsus conceptus. Si e. gr. quis diceret, se observasse singularem *Equiseti* speciem foliis circa caulem positis, bifurcatis, levissimis spinis obsitis, ego mox revocarem in memoriam species *Equiseti* secundum Genus 777, nec somniarem de *Charæ* alicujus specie 801.

Veteres, qui nullis gaudebant certis fundamentis in Re Botanica circa denominationem, ex facie, foliatura, similibusque imposuere sua genera, & inde nomina generica; successit in quibusdam sæpe casu bene ob convenientiam faciei in naturalibus generibus, attamen sæpius mirum in modum hallucinati sunt, qui fundamentum fructificationis ignorarunt, uti patet ex allegatis exemplis.

Trifolium	arborescens	*Cytisus.*
	acetosum	*Oxalis.*
	corniculatum	*Lotus.*
	falcatum	*Medicago.*
	fragiferum	*Fragaria.*

	hepaticum	*Hepatica.*
	paluſtre	*Menyanthes.*
	pratenſe	*Trifolium.*
	ſpinoſum	*Fagonia.*
Conſolida	major	*Symphytum.*
	media	*Ajuga.*
	minor	*Brunella.*
	minima	*Bellis.*
	rubra	*Tormentilla.*
	aurea	*Ciſtus.*
	regalis	*Delphinium.*
	ſarracenica	*Solidago.*
	paluſtris	*Comarum.*
Millefolium	vulgare	*Achillæa.*
	nobile	*Tanacetum.*
	cornutum	*Ceratophyllum.*
	pennatum	*Myriophyllum.*
	lenticulatum	*Utricularia.*
	aquaticum	*Coriſpermum.*
	fol. Abrotani	*Ranunculus.*
Lyſimachia	lutea	*Lyſimachia.*
	ſpicata	*Lythrum.*
	corniculata	*Oenothera.*
	ſiliquoſa	*Epilobium.*
Equiſetum	paluſtre	*Equiſetum.*
	fœtidum	*Chara.*
	polyſpermum	*Hippuris.*

215. *Nomen genericum in eodem genere* unicum *erit.*

QUemadmodum unumquodque Nomen ſuum genus, ita & unumquodque Genus proprium, & unicum habere debet nomen; non duo, multo minus tria.

Gerat itaque ſpecies ſingula plantarum in frontiſpicio ſui generis nomen, ſub quo militat, ergo hoc unicum ſit, non duo, multo minus tria, niſi in eorum caſtra deſcenderemus, qui credunt genera eſſe arbitaria, unamque eandemque plantam & poſſe genere conjungi, & diſtingui cum his vel illis; vel etiam, qui putant ſe aliquod genus, maxima ratione, modo lubeat, dividere, dum minimam inveſtigarunt notam falſi teſtimonii cauſſa. Ut hæc non decent doctos, ſic nec eos plura, quam unicum nomen in uno genere proponere.

Quid ſibi velit hoc alterum nomen, ego non capio; an credidere authores ipſi ſe de genere vero hallucinaſſe? Et ſi antecedens pro vero, hoc certe ſpurio ſalutetur vocabulo, & ſequens nomen nil erit niſi echo ſanos ſenſus perturbans.

Sed forte exiſtant, qui hoc nomen ſub differentiæ ſpecificæ defendant tegmine, & in differentia deſiderent totam quantam hiſtoriam plantæ. Quam vero falluntur, ex ſequentibus patebit, ubi tegmem aperiam in ſpecie.

Duplicia.

Aconitum cær. ſ. *Napellus.* C. B.
Aconitum ſalut. ſ. *Anthora.* C. B.

Alſine

Alsine sperg. fac. s. *Spergula.* C. B.
Anacampseros vulgo. *Faba crassa.* T.
Apium s. *Petroselinum* crisp. C. B.
Aquifolium s. *Agrifolium* vulgo. T.
Cnicus sylv. hirs. s. *Carduus* benedictus. T.
Cyanus mont. lat. s. *Verbasculum* cyanoides. C. B.
Chamædrys pal. canesc. s. *Scordium* off. T.
Dipsacus sylv. s. *Virga pastoris* maj. C. B.
Elichrysum s. *Stœchas* citrina. C. B.
Grossularia mult. acin. s. *Ribes* off. C. B.
Jasminum s. *Gelseminum.* T.
Lotus s. *Melilotus* pr. min. glab. T.
Mentha aqu. s. *Pulegium* vulgo. T.
Orobanche spuria s. *Corallorrhiza.* Rp.
Oxycoccus s. *Vaccinia* palustr. T.
Symphytum s. *Consolida* major. C. B.
Trifolium arv. hum. spic. s. *Lagopus.* C. B.
Granadilla Hispanis, *Flos passionis* Italis. T.

Triplicia.

Jujuba ind. &c. s. *Oenoplia* s. *Napeca* ind. Br.

216. *Nomen genericum in eodem genere* idem *erit.*

Cum genera secundum varia Systemata non magis transformari debeant, quam species eædem sub diverso si ponerentur genere, sequitur quod nec nomina generica differentia sint.

Quot enim mihi sunt nomina generica, tot erunt notiones seu genera: si plura sint, confusionem pariunt.

Dissen-

Dissensum nominum ortum fuisse a neglectis eorum requisitis, certum est; in posterum meliora speramus tempora, cum cautius agendum erit. Antea nulla fuit ratio circa nomina rejecta; cur rejecerunt, quibusve argumentis hæc respuebant, non dixerit centesimus quisque: an sciverint ipse, ignoro.

Quanta fuerit a diversitate nominum omni ævo orta confusio dicat *Bauhinus*, qui in his intelligendis quadraginta consumsit annos; testabitur & *G. Sherard*, qui ad ultimum usque hanc extricare allaboravit. Hic vero tantummodo sermo est de genericis, quæ, si examinemus, Veterum nominibus certe hoc seculo, parum præstant. Et quam multa adhuc mutanda restent, antequam depurgata habeantur, quisque facile perspiciat.

Unicum quod petam, heic erit, ne credant, qui nova exstruunt Systemata, sibi dignum, sibi in potestate esse, eam ob caussam, mutare nomina; certe nullo privilegio hoc obtinetur, nisi nomina per se falsa sint, & tum sub cujuscunque tribunali accusari possunt & dijudicari.

Asclepias *Hk.*	*Stapelia.*
Crassa *Rv.*	
Aizoides *Kr.*	
Stisseria *Hs.*	
Asclepias *T.*	*Asclepias.*
Vincetoxicum *Hk.*	
Hirundinaria	
Esula *Rv.*	*Euphorbia.*
Tithymalus *T.*	
Menyanthoides *V.*	*Limosella.*
Plantaginella *D.*	
Limosella *Ld.*	

Viola

Viola aquatic. *Rj.*
Myriophyllum *Rv.*
Stratiotes *V.*
Hottonia *B.* } *Hottonia.*

Mirabile *Mr.*
Mirabilis *Rv.*
Jalapa *T.* } *Mirabilis.*

Symphytum *T.*
Conſolida *Rv.* } *Symphytum.*

Phu *Rp.*
Valerianoides *Kn.*
Ocymaſtrum *Pn.* } *Valeriana.*

Stramonium *T.*
Datura *Hk.* } *Datura.*

Echium ſcorpioides *Rj.*
Myoſotis *D. Rp.*
Scorpiurus *Kn.* } *Myoſotis.*

Oxys *T.*
Acetoſella *Rv.* } *Oxalis.*

Plumbago *T.*
Dentellaria *Rj.* } *Plumbago.*

Lyſimachia *T.*
Nummularia *Rp.* } *Lyſimachia.*

Nepeta *Rv.*
Cataria *T.* } *Nepeta.*

Tetrahit *D.*
Ladanum *Rv. Kn.*
Cannabina *B.*
Cannabis ſpuria *Rj.* } *Galeopſis.*

Scutellaria *Rv.*
Caſſida *T.* } *Scutellaria.*

Squamaria *Rv.*
Anblatum *T.* } *Squamaria.*

Iſatis

Isatis *T.* } *Isatis.*
Glastum *Rv.*

Keiri *Rp.* } *Cheiranthus.*
Leucojum *T.*

Leucojum *Rp.* } *Leucojum.*
Narcisso leuc. *T.*

Spergula *D.* } *Arenaria.*
Arenaria *Rp.*

Radiola *D.* } *Linum.*
Linoides *Rp.*
Chamælinum *V.*

Populago *T.* } *Caltha.*
Caltha *Rp.*

Adonis *D.* } *Adonis.*
Eranthemum *Kn.*

Stratiotes *Gd.* } *Stratiotes.*
Aloides *B.*

Aconitum *Rv.* } *Helleborus.*
Helleboroides *B.*

Ranunc. globosus *Rj.* } *Helleborus.*
Helleboro-Ranunc. *B.*
Trollius *Rv.*

Podagraria *Rv.* } *Ægopodium.*
Ægopodium *Kn.*

Daucus *T.* } *Daucus.*
Staphylinus *Rv.*

Anthyllis *Rv.* } *Anthyllis.*
Vulneraria *T.*

Poliifolia *Bx.* } *Andromeda.*
Chamædaphne *Bx.*
Ledum *M.*

Falcata *Rv.* } *Medicago.*
Medicago *T.*

Medica

Medica *T.*	*Medicago.*
Cochleata *Rv.*	
Ternatea *T.*	*Clitorea.*
Clitorius *D.*	
Corydalis *D.*	*Fumaria.*
Cysticapnos *D.*	
Corindum *T.*	*Cardispermum.*
Vesicaria *Rv.*	
Nasturt. ind. *Rj.*	*Trophæum.*
Acriviola *B.*	
Cardamindum *T.*	
Echinopus *T.*	*Echinops.*
Sphærocephalus *Rv.*	
Serratula *D.*	*Serratula.*
Jacea *P.*	
Jacea *D.*	*Centaurea.*
Cyanoides *Pn.*	
Chironia *Rv.*	*Centaurea.*
Centaurium maj. *T.*	
Rapontium *Kn.*	

217. *Nomen genericum unum idemque, ad diversa designandum genera assumtum, altero loco excludendum erit.*

Expertus loquar: quanta confusio, quanta memoriæ imponantur onera vix ferenda, dum eadem nomina a variis ad diversa trahantur genera. Juvenis adhuc, inhærens premensque vestigia Tournefortiana, & Riviniana simul, maxime excruciabar, cum libros & methodos mutarem, alternaremque: non enim erant

erant amplius Aconitum, Angelica, Caltha, Cicutaria, Damasonium, Pimpinella, Glaux, Syringa, Vesicaria, Thlaspidium, eædem plantæ apud Rivinianos cum iis, quas jamjam legeram in campis Tournefortianis. Nomina, quæ ante in memoria fixa erant simul cum certo genere, mox debuere expungi, & alium tenere locum: quæ mutatio extemporanea vix potuit sine confusione disponi; nec me, cui hæc contigerit, solum esse, forte Lector agnoscat.

Fateor, me potius retinere velle decem nova nomina, quam unicam talem mutationem in fida memoria. Nulla tamen esset ratio omnino expungendi ista nomina e Botanica, & nova introducendi in eorum locum, ob solum abusum Authorum.

Cannabinam H. L. nunquam potui apud Auditores meos conciliare: cum nomen hoc idem in eodem libro duplici in loco occurrat, distinctissimaque duo genera designet: altero in loco imposita Galeopsi cum Heuchero, altero verò Cannabi cum Tournefortio.

Ergo, sive hæc confusio facta sit ex ignorantia, dum quis non noverit alterum synonymum genus; sive ex dissensu, dum alter nomen ad hoc, alter verò ad aliud genus trahere studuit ad imitationem Veterum, vel pharmacopolarum, debemus nos istud idem altero loco excludere, cum idem nomen non persistere queat diversa cum idea: idem enim genus idem nomen gerat in omni, licet diversissimo, Systemate.

TOURNEFORTIUS ergo. *Neque duo diversa nomina cum eadem notione, nec duæ notiones cum eodem nomine conjungi debent, nisi forte in eorum sententiam eamus, qui Rem Herbariam sine ordine instituendam esse contendentes, solo usu diuturno addiscendam existimant.*

Anguina	*Tr.*	*Calla.*
	M.	*Trichosanthes.*
Aconitum	*T.*	*Aconitum.*
	Rv.	*Helleborus.*
Angelica	*Rv.*	*Angelica.*
	T.	*Ægopodium.*
Asclepias	*T.*	*Asclepias.*
	Hk.	*Stapelia.*
Alsinanthemos	*Rj.*	*Trientalis.*
	Kr.	*Alsine.*
Arisarum	*T.*	*Arum.*
	Rv.	*Calla.*
Boletus.	*D.*	*Boletus.*
	M.	*Phallus.*
Caltha	*T.*	*Calendula.*
	Rp.	*Caltha.*
Cannabina	*T.*	*Cannabis.*
	Hk.	*Galeopsis.*
Cortusa	*B.*	*Cortusa.*
	Pl.	*Thalia.*
	Hk.	*Mitella.*
Cameraria	*Pl.*	*Cameraria.*
	D.	*Montia.*
Cicutaria	*T.*	*Levisticum.*
	Rv.	*Cicuta.*
	D.	*Ethusa.*
Cornucopioides	*Kn.*	*Valeriana.*
	Sch.	*Cornucopiæ.*
Daphne	*Kn.*	*Ruscus.*
	*	*Daphne.*
Dillenia	*Hs.*	*Sherardia.*
	L.	*Dillenia.*
Glaux	*T.*	*Glaux.*
	Rv.	*Astragalus.*

Leu-

Leucojum	*T. Ds.*	*Cheiranthus.*
	Rp. Th.	*Leucojum.*
Ledum	*Rp.*	*Ledum.*
	Rj.	*Erica.*
Lunaria	*T.*	*Lunaria.*
	Rp.	*Osmunda.*
Myosotis	*T.*	*Cerastium.*
	Rp. D.	*Myosotis.*
Myriophyllum	*Pn.*	*Myriophyllum.*
	Rv.	*Hottonia.*
Pimpinella	*T.*	*Sanguisorba.*
	Rv.	*Pimpinella.*
Sherardia.	*D.*	*Sherardia.*
	V.	*Verbena.*
	Pn.	*Galenia.*
Stratiotes	*V.*	*Hottonia.*
	Gd.	*Stratiotes.*
Sempervivum	*Hk.*	*Mesembryanthem.*
	Rp.	*Sempervivum.*
Syringa	*T.*	*Philadelphus.*
	Rv.	*Syringa.*
Spergula	*CB.*	*Spergula.*
	D.	*Arenaria.*
	Rp.	*Sagina.*
Scorpiurus	*Kn.*	*Myosotis.*
	L.	*Myosotis.*
Vesicaria	*T.*	*Alyssum.*
	Rv.	*Cardiospermum.*

218. *Qui novum genus constituit, eidem nomen imponere tenetur.*

Ansam Aphorismi præbuit Nob. KLEINI Tractatus nomine: Nec *Cacalia*; nec *Cacaliastrum*; an *Tithymaloides*? ubi, cum Author optime descripserit fructificationem, & distincti generis plantam esse ostenderit, concludit demum, sibi in potestate non esse, istud novo designare nomine.

Certum est, nullum plantam nominare debere, nisi sit Botanicus §. 213. nec ulli licere nomen genericum imponere, qui genera non intelligat; at verò qui noscit plantam distinctissimi esse generis ab aliis omnibus, etiam sciat distinctum imponere nomen, nulli dubitamus.

Patebit attendenti ad plantas anonymas Marcgravii, nullas in toto opere difficilius teneri istis anonymis. Cum enim aliquod habeam nomen, etiam aliquam inde in mente concipio ideam, quo eam, sic dictam, referam: de anonymis verò, si pluribus, non item.

Quam absurde progrediantur Naturalistæ plurimi circa insecta, qui historiam tradunt, figuras exhibent, nomina vero nulla addunt; nullum non percipere credo; sic & in Botanicis.

Longe itaque præfero Barbara ista nomina Horti Malabarici istis nullis Merianæ circa plantas Surinamenses; & certe si non aliam ob causam, ad minimum Synonymorum ergo; quam facile enim incurrit error typographicus in citatione, ubi si nullum nomen allegatum, seducitur Lector.

Ano-

Anonymos 1. 2. 3. &c. *Marcgr.*
Anonymos s. ignota *Cl.*
Anonymos . . . . . *H. A.*
Anonymos in Malavar *Gar.*
Hippoglosso forte cognata *Br.*
Acaciæ similis *Br.*
Acaciæ quodammodo accedens *Br.*
Alno affinis *Br.*
Dictamno forte affinis *Br.*
Cytiso quodammodo affinis *Br.*
Linariæ aliquatenus similis *J. B.*
Anetho similis planta *Br.*
Indigena alpium Sabaudiæ *Boc.*
Jasmini flore planta *Pet.*
Oleandri folio lucido frutex *Pet.*
Papilionaceo flore planta *Pet.*
Methonicæ folio planta *Pet.*
Tetragono fructu arbor *Pet.*

Nec Cacalia, nec Cacaliastrum an
Tithymaloides *Kleini. Kleinia.*

219. *Nomen genericum immutabile figatur, antequam specificum ullum componatur.*

Mutare nomen quoddam specificum ab omni tempore flocci fecere Botanici, at unicum mutare genericum religioni duxere: cum eo mutato omnia specifica si allegarentur, cum novo generico rescribi de-

debeant: præterquam, quod generica memoriæ mandari debeant, ſpecifica vero a paucis.

Eſſet itaque maxime exoptandum, ut nomina generica pura & digna, quo prius eo melius, conderentur: ſat enim diu deliberatum, quid ſtatuendum ſemel ſit.

Immutabilia, ut evadant nomina, debent certis & naturalibus impoſita eſſe generibus: cadente vel mutato genere, mutantur & nomina.

Debent dein nullam cum aliis nominibus parere confuſionem, nec barbara eſſe, nec ſpeciebus contraria; de quibus vide §. 221--236. 243--250. 213--217.

Vidimus quot nomina a *Tournefortii* tempore in hunc uſque diem fuere mutata, dum unus hoc, alter illud commutavit vocabulum, cum authoritas nulla peperit errori patrocinium; ideoque idem foret, ſi non præſtaret, una vice, quam partitis, quod faciendum, abſolvendum exiſtimo, nullus dubitans, quin alius corrigat, quæ ego palliative transgreſſus ſum.

220. *Nomina generica* primitiva *nemo ſanus introducit.*

Primitiva dicuntur, ut notiſſimum, verba, quæ nullam habent radicem, nullam derivationem, nullam ſignificationem.

Omnia verba ab aliis derivare velle phantaſticum foret, tum unicum modo primitivum foret, quod abſurdum in tot linguis! Nec in me ſuſcipio nominum genericorum in Botanicis inditorum dare derivationem

tionem omnium; ſed cum homines ſimus rationales, ut nil præter rationem faciamus, eſt quod urgeo: adeoque nec nomina fingamus, (præſertim attento hocce ſeculo) quæ non aliqualem admittunt radicem, ne abſolute Barbari videamur.

Fateor nomina primitiva nullam per ſe cauſare confuſionem: ſed vidiſtis forte, quibus calamis excepti fuere Paracelſus & Helmontius ob ſuum *Gas* & *Blas*. &c. a quibus nos & *Noſtoc* habuimus.

Anniti eo debemus, ut ſi non omnium Veterum certe majori parte nominum derivationem dare queamus; quam ſi non alii, certe expoſcunt philoſophi; nec licet nobis cum Ruſticis vel Lapponibus ad quæſtionem derivationis reſpondere, quod aliquod nomen habebit planta, qui ſupra vulgum ſapere ſtudemus.

221. *Nomina generica ex* duobus vocabulis *integris ac* diſtinctis *facta, e Republica Botanica releganda ſunt.*

Numerus nominum genericorum antea ſat magnus eſt, & pro memoria minus præcellenti quidem ſufficiens, ut entia præter neceſſitatem ullam multiplicari nulla re opus ſit.

Quid quæſo opus ſit duobus verbis, ubi unum ſufficiat? Stultum eſſe agere per plura id, quod æque bene fieri poſſit per pauciora, agnoſcit ſana ratio; at hic ergo.

Æque difficile memoriæ tabulæ inſcribitur verbum poſterius ac prius, *Donna* ac *Bella*, *Idæa* ac *Vitis* &c.

Excludimus & nomina generica duorum vocabulorum, ut omnia nomina quodammodo uniformia evadant.

Certe etiam limites assumendi demum sunt, ne extendamus nostrum beneplacitum in infinitum; cur alias modo duo verba concederentur? cur non tria, quatuor vel plura assumere liceret? ut integram generis definitionem nomine proferamus.

Heucherus exclusit nomen posterius, retinuit modo antecedens, & hoc quidem instituto laudabili in quibusdam; in aliis vero magis absurda enata sunt. e. gr.

male Nidus avis *T. Nidus.*
Bursa pastoris *T. Bursa.*
Umbilicus veneris. *Umbilicus.*
Corona solis *T. Corona.*
Auricula Ursi *T. Auricula.*
bene Centaurium majus *T. Centaurea* *.
Caryophyllus aromaticus *T. Caryophyllus.*
Canna indica *Rv. Canna* *.
Primula veris *T. Primula* *.

Verba ista a quibusdam addita, ut aliud genus quam antea significet nomen, *spuria* scilicet & *fatua*, argumentis refellere vix sustineo, cum nomina, qualia sint, ipsa dicant. Nomina spuria multa novimus, plantas autem, quæ spuriæ justo dici possunt omnino nullas, nisi quis diceret Chenopodium Atriplicem, & Atriplicem dein *Atriplicem spuriam.*

Indigna.

Auricula	ursi *T.*	*Primula.*
Bella	dona *T.*	*Atropa.*

Bursa

Burſa	paſtoris	*T.*	*Thlaſpi.*
Centaurium	majus	*T.*	*Centaurea.*
Centaurium	minus	*T.*	*Gentiana.*
Corona	imperialis	*T.*	*Petilium.*
Corona	regalis	*D.*	*Petilium.*
Corona	ſolis	*T.*	*Helianthus.*
Caryophyllus	aromaticus	*T.*	*Caryophyllus.*
Calamus	aromaticus	*M.*	*Acorus.*
Canna	indica	*Rv.*	*Canna.*
Criſta	galli	*Rv.*	*Rhinanthus.*
Cervi	ſpina	*D.*	*Rhamnus.*
Coma	aurea	*B.*	*Chyſocoma.*
Cannabis	ſpuria	*B.*	*Galeopſis.*
Dens	canis	*T.*	*Erythronium.*
Dens	leonis	*T.*	*Leontodon.*
Ferrum	equinum	*T.*	*Hippocrepis.*
Fenu	græcum	*T.*	*Medicago.*
Herba	paris	*T.*	*Paris.*
Lilium	convallium	*T.*	*Convallaria.*
Lingua	cervina	*T.*	*Aſplenium.*
Lacryma	job	*T.*	*Coix.*
Melo	pepo	*	*Cucurbita.*
Morſus	ranæ	*T.*	*Hydrocharis.*
Nidus	avis	*T.*	*Neottia.*
Primula	veris	*T.*	*Primula.*
Ros	ſolis	*T.*	*Droſera.*
Ruta	muraria	*T.*	*Acroſticum.*
Utrinque	ſerrata	*T.*	*Biſerrula.*
Uva	urſi	*T.*	*Arbutus.*
Vitis	idæa	*T.*	*Vaccinium.*
Virga	aurea	*T.*	*Solidago.*
Virga	ſanguinea	*D.*	*Cornus.*

Spuria.

Cannabis	ſpuria		*Galeopſis.*
Origanum	ſpurium	*Rv.*	*Monarda.*
Urtica	fatua		*Galeopſis.*

222. *Nomina generica ex duobus latinis vocabulis integris & conjunctis vix toleranda ſunt.*

Nomina generica ex duobus vocabulis conjunctis conficere ambabus manibus conceditur in lingua græca: at in latina non item.

Ego quidem non multa heic proferam argumenta, cum quivis ipſe bene percipiat latina verba non tam facile coaliri, quam Græca; præterea & eloquentiæ Magiſtri facile reperirent argumenta, quibus accuſare poſſent Botanicos, ſi hanc nimium calcarent viam.

Recentiores pauca ejuſmodi nomina introduxere; maximam autem partem primi reſtauratores Botanices poſt barbariem vel renovata ſtudia, qui dum Græcas in Latinas nomenclaturas transferrent, varia minus attente intulere, quæ dein circumnatarunt mala mixta bonis.

Suaderem itaque Botanicos juvenes, ſi neceſſario e lingua latina deſiderent novi generis vocabulum, hoc ut fiat a verbo aliquo ad finem mutato, licet & hoc longe rudius ſit græco.

α. *Substantivum & Adjectivum.*

Cor-	indum	*T.*	*Cardiospermum.*
Virg'-	aurea	*Rp.*	*Solidago.*
Olus-	atrum	*Cord.*	*Smyrnium.*
Com'-	aurea.		*Chrysocoma.*
Sap'-	indus	*T.*	*Sapindus.*

β. *Substantiva duo.*

Agri-	folium	*T.*	*Ilex.*
Passi-	flora	*Plk.*	*Passiflora.*

γ. *Verbum & Substantivum.*

Vince-	toxicum	*Hk.*	*Asclepias.*
Sangui-	sorba	*Rp.*	*Sanguisorba.*
Saxi-	fraga	*T.*	*Saxifraga.*

δ. *Adjectiva duo.*

Sana-	munda	*Cl.*	*Passerina.*

ε. *Adverbium præcedens.*

Semper-	vivum	*Rp.*	*Sempervivum.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-32889-p0047-0 DFG

223. *Nomina generica, ex vocabulo græco & latino, ſimilibuſque*, Hybrida, *non agnoſcenda ſunt.*

Hybrida, ſecundum hunc Aphoriſmum, voco nomina generica plantarum, confecta e duobus vocabulis, altero græco, altero latino: in quam methodum maxime invehunt philologi.

Monere itaque volui hocce paragrapho tyrones, ut caveant ſibi in confectione nominum incurrere Criticorum heic Cenſuram.

Exempla pauca ſunt in Botanicis; & pauca hic allegata vides, ſi excipiam in *Oides* deſinentia, quæ (§. 226.) quæras, ubi maxima pars hybrida eſt: εἶδος enim eſt forma, & prius verbum in multis latinum; ergo expungenda, ne miſceantur quadrata rotundis. vide §. 226.

Barbaro-Latinum.

Tamar-	indus	*T.*	*Tamarindus.*

Græco-Latinum.

Cardam-	indum	*T.*	*Tropæolum.*
Chryſanthem-	indum.		

224. *Nomina generica ex uno vocabulo plantarum generico fracto, altero integro, composita, Botanicis indigna sunt.*

Nomina hæc hybrida videntur Idiotis, qui genera distinguere vel combinare nesciunt, magis digna, quam doctis Botanicis. Quo hæc hæsitatio! Si sit Narcissus, cur additis Leucojum? si Leucojum, cur Narcissum? Medium inter Genera distincta novi nullum; vel enim debet species esse ejusdem, vel plane diversi generis; una eademque species nec Cannæ & Acori simul esse potest; si itaque sit Cannæ generis, vel Acori generis, retineatur Cannæ nomen, vel Acori nomen: alterum teneas horum, non utrumque.

Regerunt multi, ut novi, & in cœlum extollunt hæc nomina, tam apta, tam egregia, ut nulla meliora; videatne, dicunt, de Hemerocallide e. gr. quod radix sit exacte Asphodeli, & flos exacte Lilii? nonne egregium nomen Lilio-asphodelus? Sed doleo, me non hæc videre posse, longeque aliam percepisse ideam floris Lilii, quam Tournefortius.

Si daretur metamorphosis plantarum, qua ex una specie transiret in aliam diversi generis, ut de Tritico in Hordeum, Hordeo in Avenam somniarunt Veteres, profecto essent egregia, & plantis talibus aptissima nomina.

Censeret quis se his totam plantæ subjectæ faciem expressisse, dum Cytiso-Genistam dixerit, id est, utrisque

que quodammodo ſimilem; vel Ranunculo-Aſphodelum, id eſt, plantam radice tuberoſa ut Aſphodelus, & foliis ac flore Ranunculi; at ego a charactere addiſco nomen, non a nomine characterem. Et ſi vel hoc concederem, nullo modo agnoſcerem nomina ſic trahi huc illucque, combinari, ſepararique pro lubitu; inſpiciatis Exempla.

Ari-	aſarum	*T.*	*Arum.*
Anemone-	Ranunculus	*D.*	*Anemone.*
Canna-	Acorus	*T.*	*Canna.*
Cytiſo-	Geniſta	*T.*	*Ulex.*
Convolvulo-	Tithymalus	*B.*	*Dalechampia.*
Chenopodio-	Morus	*B.*	*Blitum.*
Cyti-	Ciſtus	*Bur.*	*Ciſtus.*
Capnos-	Orchis	*B.*	*Fumaria.*
Geniſta-	Spartium	*T.*	*Ulex.*
Helleboro-	Ranunculus	*B.*	*Helleborus.*
Lilio-	Hyacinthus	*T.*	*Scilla.*
Lilio-	Aſphodelus	*T.*	*Hemerocallis.*
Lilio-	Narciſſus	*T.*	*Amaryllis.*
Lilio-	Fritillaria	*B.*	*Fritillaria.*
Lilio-	Ornithogalum	*B.*	*Scilla.*
Lin-	Agroſtis	*T.*	*Eriophorum.*
Lauro-	Ceraſus	*T.*	*Padus.*
Lychni-	Scabioſa	*B.*	*Knautia.*
Melo-	Pepo	*T.*	*Cucurbita.*
Narciſſo-	Leucojum	*T.*	*Leucojum.*
Phallo-	Boletus	*M.*	*Phallus.*
Ranunculo-	Aſphodelus	*Hſ.*	*Ranunculus.*

225. *Nomen genericum quibus* syllaba *una vel altera* præponitur, *ut aliud plane genus, quam quod antea, significet, excludendum est.*

Circa nominum genericorum impositionem justo minor cura, nimiaque libertas varias invenit methodos extemplo conficiendi nova, addendo modò syllabam in fronte alterius nominis, qua induta faciei larva aliud esset nomen, quam quod antea fuerit.

Videntur & sibi apicem tetigisse cum viderint plantam e. gr. *Epilobium foliis Nerii*, dum eandem vocassent *Chamænerion*, licet ne minima sit affinitas.

Cautiores adhuc noluere assumere nomina latina & recepta, utque magis tegerent fraudem, vocarunt plantam foliis longis, uti *Pinus*, *Chamæpeucen*, *Chamæpityn*; ne irriderentur a vulgo, si *parvam Pinum*, vel *parvam Abietem* vocarint plantam, quæ nil minus, quam quid cum istis arboribus habeat simile. vide exempla β.

Ex uno errore facile incidere est in majorem, dum ex data & recepta theoria errores erroribus cumulemus vide γ.

Destitere dudum emunctiores a suo *Pseudo*, *Pseudo*, ne quis eos Pseudo-Botanicos & Pseudo-Baptistas vocitaret, ut Cl. *Dillenius* quondam *Rivino* objecit. vide δ.

Quæso itaque, habeatis distincta genera, distinctas ideas, distincta nomina; si vero confunditis nomina, confunduntur ideæ, confunduntur genera; hisce confusis, confusa sunt omnia. α. *Re-*

α. *Recepta.*

Acri-	Viola	*B.*	*Tropæolum.*
Bulbo-	Castanum	*T.*	*Bunium.*
Cyn-	Apium	*Rv.*	*Ethusa.*
Cyno-	Crambe	*T.*	*Theligonum.*
Chamæ-	Buxus	*T.*	*Polygala.*
———	Cerasus	*T.*	*Lonicera.*
———	Clema	*B.*	*Glechoma.*
———	Crista	*Kr.*	*Cassia.*
———	Daphne	*Bx.*	*Andromeda.*
———	Linum	*V.*	*Linum.*
———	Nerion	*T.*	*Epilobium D.*
———	Periclymenum	*R.*	*Cornus.*
———	Rhododendron	*T.*	*Azalea.*
Her-	Acantha	*Rp.*	
Hydro-	Piper.		
Hypo-	Cistus	*T.*	*Asarum.*
Jon-	Thlaspi	*T.*	*Clypeola.*
Lyco-	Persicum	*T.*	*Solanum.*
Leuco-	Nymphæa	*B.*	*Nymphæa.*
Micro-	Nymphæa	*B.*	
Mon-	Orchis	*M.*	*Terminium.*
Meli-	Lotus.		*Trifolium.*
Monosperm-	Althæa	*Is.*	*Waltheria.*
Peri-	Clymenum	*T.*	*Lonicera.*

β. *Inusitata.*

Chamæ-	Drys	*T.*	*Teucrium.*
———	Cissus	*R.*	*Glechoma.*
———	Melum	*T.*	*Anthemis.*
———	Peuce.		
———	Pitys.		*Ajuga.*
———	Riphes	*Pn.*	*Chamærops.*

Hyo-

Hyo-	Seris		
Hydro-	Phace	*Bx.*	
Hypo-	Pitys		*Monotropa.*
Potamo-	Pitys		*Elatine.*
Limno-	Peuce	*V.*	*Hippuris.*

γ. *Decomposita.*

Pseudo - Chamæ - Pitys.
Micro - Leuco - Nymphæa.

δ. *Pseudo - nomina.*

Pseudo-	Aloe	*Rp.*	
———	Anagallis	*Kr.*	
———	Acacia	*T.*	*Robinia.*
———	Anchusa	*Hk.*	
———	Cyperus	*Sch.*	
———	Dictamnus	*T.*	
———	Fumaria.		*Fumaria.*
———	Gelseminum.		
———	Glycyrrhiza.		
———	Limonium.		*Statice.*
———	Marum.		
———	Orchis	*M.*	
———	Petasites.		
———	Salvia.		
———	Veronica.		
———	Triticum.		
———	Ruta	*M.*	*Ruta.*

226. *Nomina generica in* Oides *desinentia, e foro Botanico releganda sunt.*

Tangam hic Amasiam Recentiorum, mihi maxime abominabilem; & ostendam, quo incantato eam prosequantur alii fervore.

Veteres dum evolvo, omnium rarissime hanc admisisse observo: Recentiores autem, & si libere effari liceat, inferioris subsellii Botanicos nullâ magis abusos esse hac sua (nomine *oides*,) ut fere vix nomen genericum supersit, quod non hujus caussa spurium evaserit. En exempla Systematicorum Recentiorum, non tamen omnia. α.

Fuit hæc terminatio commune & certum asylum pigris, qui quamprimum videre novi generis plantam, mox enunciarunt nomen: e. gr. video esse plantam asperifoliam, sit itaque *Echioides*, vel *Buglossoides*; egregia denominatio & extemporanea!

Eundem errarunt errorem, qui violentas generi naturali, ex assumtis falsis principiis, intulerunt manus, & ne physiognomia plantæ proderet prosapiem, vocarunt male separatam speciem in *oidem*: e. gr. Convolvulum caule erecto *Convolvuloidem* alii; Convolvulum fructu uniloculari *Convolvuloidem* alii: ut, si quis eos reprehenderet, mox regererent plantam characterè non adeo bene convenire, tamen proximam esse, adeoque modò parum nomine divisam fuisse: quasi darentur media inter genera & species. Mira theoria!

Audivi dudum cum risu a Philosophis & Medicis objici *oides* istud, ut quam primum viderint librum Botanicum, licet Botanices parum gnari, ausi fuerint cer-

certare, ſe dignum judicium in authorem daturos: evolverunt modo indicem, & ſi obſervarint plura nomina in *oides* ab authore confecta, mox enunciarunt eum non eſſe *Botanicum*, ſed *Botanicoidem*.

Alia longe ratio eſt *Lithologorum* terminatio lapidum in *ites* vel *lithos*, cum hi ejuſmodi nomina modo petrificatis omnibus aſſignent: & ſi claſſes naturales eſſent inventæ omnes, maxime arrideret terminatio nominum conformis in affinibus, ni nimia mutatio prohiberet.

Plura dicere ſuperſedeo, cum certus ſim nullum, tot exempla aſpecturum, ſine averſatione *oidis*.

α. Recepta.

Acanth-	oides	*Col.*	
Agerat-	oides	*Pn.*	
Agrimon-	oides	*T.*	*Agrimonia.*
Alatern-	oides	*T.*	*Philyca.*
Al-	oides	*B.*	*Stratiotes.*
Alſin-	oides	*Rj.*	
Alyſſ-	oides	*T.*	*Alyſſum.*
Amaranth-	oides	*T.*	*Gomphrena.*
Amm-	oides	*B.*	
Anemon-	oides	*D.*	*Anemone.*
Ari-	oides	*Pl.*	
Aſter-	oides	*T.*	*Buphthalmum.*
Aſtragal-	oides	*T.*	
Borragin-	oides	*B.*	*Borrago.*
Bryon-	oides	*Hr.*	*Sicyos.*
Bugloſſ-	oides	*Rv.*	*Lycopſis.*
Bellidi-	oides	*V.*	*Chryſanthemum.*
Bupleur-	oides	*B.*	*Phyllis.*
Camar-	oides	*Pn.*	

Cartham-	oides	*V.*	*Carthamus.*
Calcitrap-	oides	*V.*	*Centauria.*
Carlin-	oides	*V.*	*Carlina.*
Ceratocephal-	oides	*V.*	
Cerinth-	oides	*B.*	*Cerinthe.*
Chondrill-	oides	*V.*	
Chrysanthem-	oides	*T.*	*Osteospermum.*
Convolvul-	oides	*Kn.*	*Convolvulus.*
Conyz-	oides	*D.*	*Erigeron.*
Corall-	oides	*T.*	*Clavaria.*
Clathr-	oides	*M.*	
Cornucopi-	oides	*Sch.*	*Cornucopiæ.*
Crocodil-	oides	*V.*	*Atractylis.*
Cumin-	oides	*T.*	*Lagœcia.*
Cyan-	oides	*Pn.*	*Centauria.*
Cynogloss-	oides	*Isn.*	*Borrago.*
Cyper-	oides	*T.*	*Carex.*
Dactyl-	oides	*Pn.*	
Dracuncul-	oides	*B.*	*Hæmanthus.*
Echi-	oides	*Rv.*	*Lycopsis.*
Euonym-	oides	*B.*	*Celastrus.*
Fic-	oides	*Hr.*	*Mesembryanth.*
Fuc-	oides	*Rj.*	
Fung-	oides	*D.*	*Clavaria.*
Galli-	oides	*Kn.*	
Glauc-	oides	*Rp.*	*Glaux.*
Helichrys-	oides	*V.*	*Gnaphalium.*
Hellebor-	oides	*B.*	*Helleborus.*
Helianthem-	oides	*B.*	
Hepatic-	oides	*V.*	*Jungermannia.*
Hieraci-	oides	*V.*	*Crepis.*
Hyacinth-	oides	*Kn.*	
Hyperic-	oides	*Pl.*	*Ascyrum.*
Hyssopi-	oides	*Mr.*	

Jacobæ-

Jacobæ-	oides	*V.*	*Solidago.*
Jasmin-	oides	*Ns.*	*Lycium.*
Junc-	oides	*D.*	*Juncus.*
Lathyr-	oides	*Hs.*	*Lathyrus.*
Lichen-	oides	*D.*	*Lichen.*
Lin-	oides	*V.*	*Linum.*
Lychn-	oides	*V.*	
Lycoperd-	oides	*R.*	*Lycoperdon.*
Menyanth-	oides	*V.*	*Limosella.*
Musc-	oides	*M.*	*Jungermannia.*
Nymph-	oides	*T.*	*Menyanthes.*
Opunti-	oides	*Pk.*	
Orobanch-	oides	*T.*	*Monotropa.*
Ornithopodi-	oides	*Hs.*	
Orob-	oides	*Kn.*	
Orchi-	oides	*Tr.*	*Satyrium.*
Pentaphyll-	oides	*T.*	*Potentilla.*
Plantagin-	oides	*Kn.*	*Alisma.*
Plumbagin-	oides	*B.*	*Boerhaavia.*
Polygon-	oides	*T.*	*Calligonum.*
Ranuncul-	oides	*V.*	*Ranunculus.*
Raphanistr-	oides	*Kn.*	
Rhamn-	oides	*T.*	*Hippophae.*
Rhagadiol-	oides	*V.*	*Lampsana.*
Ricin-	oides	*T.*	*Croton.*
Samol-	oides	*B.*	*Capraria.*
Santolin-	oides	*V.*	
Scirp-	oides	*Jus.*	*Carex.*
Scorzoner-	oides	*V.*	*Scorzonera.*
Sed-	oides	*Kr.*	
Selagin-	oides	*Rj.*	*Lycopodium.*
Sesam-	oides	*T.*	*Reseda.*
Sicy-	oides	*T.*	*Sicyos.*
Solan-	oides	*T.*	*Rivina Pl.*

Staphylodendr-	oides	*B.*	*Royena.*
Taraxacon-	oides	*V.*	*Leontodon.*
Telephi-	oides	*T.*	*Andrachne.*
Tithymal-	oides	*T.*	*Euphorbia.*
Tribul-	oides	*T.*	*Trapa.*
Tragopogon-	oides	*V.*	*Tragopogon.*
Urtic-	oides	*Pn.*	*Vrtica.*
Vallisneri-	oides	*M.*	*Vallisneria.*

β. Decomposita.

Valeria-	nell-	oides	*B.*
Alsin-	astr-	oides	*Kr.*
Jon-	thlaspi-	oides	*Kr.*
Meli-	lot-	oides	*Hs.*
Pseudo-	gnaphal-	oides.	
Pseudo-	limoni-	oides.	

γ. Inusitata.

Enter-	oides	*V.*
Camp-	oides	*Rp.*
Malac-	oides	*T.*
Capn-	oides	*T.*

227. *Nomina generica ex aliis nominibus genericis, cum* syllaba *quadam in* fine *addita, conflata, non placent.*

Unde malum istud provenerit, quod Botanici toties unum idemque ruminare velint vocabulum, ego non capio; exinde interim tantus fœtor oritur,

tur, ut nauſeam creet ſanis. Evolvite Veteres; videbitis eos omni theoria deſtitutos ante mille annos longe caſtiores fuiſſe.

Quæ jam ſint nomina generica non aliqua methodo adulterata? invenit luxuries infinitas terminationes quibus tegere voluit errores, dum aliæ terminentur in *ella*, aliæ in *ulla*, *ulus*, *ellus*, *ula*, *aſter*, *aſtrum*, *iſtrum*, *ium*, *aria*, *arium*, & ſexcenta alia. Heu priſca fides!

Sitne adeo difficile nova conficere nomina? ſitne religio, Veterum ſuperflua recipere nomina, certiſque ſedibus ligare? ut pauperrima neceſſitas ad conſarcinanda nomina nos cogat ſumma.

Sitne hoc facilitare difficultatem retinendi nomina? ego præ me fero, faſſique ſunt & alii, quotquot interrogavi juvenes, non hiſce innutriti erroribus, hæc nomina diverſa conſundere, ut ne vix ac ne vix quidem memoria ulla teneantur.

Exempla propoſui: nec à vobis, qui cum lacte ſtudii botanices hæc hauſiſtis nomina, ut ea dimittatis expoſtulo. Sed veſtri nepotes erunt mei judices, ſpondeo eos ab hiſce diſceſſuros.

Qui hæc introduxere nomina, iis ab initio deſignare voluere falſa & hypothetica genera, cumque hæc non diſtincta fuere, nec diſtinctis omnino nomenclaturis ea tradiderunt; qui dein error ex uſu & abuſu tranſiit in conſuetudinem: ſic Valerianæ genus ex principiis aſſumtis lacerarunt in Valerianellam, Valerianelloidem, quas viderunt ex notis propriis eſſe veras Valerianas, adeoque ut genera, ſic & nomina horaria.

Composita.

Acetos-	ella	*Rv.*	*Oxalis.*
Alsin-	ella	*D.*	*Sagina.*
Cedron-	ella	*Kn.*	*Dracocephalum.*
Conyz-	ella	*D.*	*Erigerum.*
Cyper-	ella	*D.*	*Juncus.*
Fraxin-	ella	*T.*	*Dictamnus.*
Gentian-	ella		*Gentiana.*
Genist-	ella	*T.*	*Genista.*
Plantagin-	ella	*D.*	*Limosella.*
Valerian-	ella	*T.*	*Valeriana.*
Veronic-	ella	*Hs.*	*Veronica.*
Nap-	ellus	*Rv.*	*Aconitum.*
Myrt-	illus.		*Vaccinium.*
Rapunc-	ulus	*T.*	*Phyteuma.*
Filic-	ula	*T.*	
Lapp-	ula	*Rv.*	*Lithospermum.*
Lentic-	ula	*M.*	*Lemna.*
Pyr-	ola	*T.*	*Pyrola T.*
Rube-	ola	*T.*	*Crucianella.*
Lupin-	aster	*Bx.*	*Lycoperdon.*
Alsin-	astrum	*T.*	*Elatine.*
Arali-	astrum	*V.*	
Anagallidi-	astrum	*M.*	*Centunculus.*
Bellidi-	astrum	*V.*	
Heleni-	astrum	*V.*	*Helenia.*
Lichen-	astrum	*D.*	*Jungermannia.*
Lili-	astrum	*T.*	*Hemerocallis.*
Lycoperd-	astrum	*M.*	*Lycoperdon.*
Menth-	astrum	*Rv.*	*Mentha.*
Marrubi-	astrum	*T.*	*Cunila.*
Orchi-	astrum	*M.*	

Ocym-

Ocym-	astrum.		
Partheni-	astrum	*AP.*	*Parthenium.*
Sesam-	astrum	*M.*	
Siliqu-	astrum	*T.*	*Cercis.*
Trifoli-	astrum.		
Veronic-	astrum	*Hs.*	*Veronica.*
Urtic-	astrum	*Hs.*	*Urtica.*
Rap-	istrum	*T.*	*Myagrum.*
Raphan-	istrum	*T.*	*Raphanus.*
Sinap-	istrum	*T.*	*Cleome.*
Glauc-	ium	*T.*	*Chelidonium.*
Limon-	ium	*T.*	*Statice.*
Rapunt-	ium	*T.*	*Lobelia.*
Thlaspid-	ium	*T.*	*Biscutella.*
Agrost-	arium	*M.*	
Alli-	aria	*Rv.*	
Cicut-	aria	*T.*	
Fab-	aria	*Rv.*	*Sedum.*
Fic-	aria	*D.*	*Ranunculus.*
Lin-	aria	*T.*	*Antirrhinum.*
Persic-	aria	*T.*	*Persicaria.*
Visc-	aria	*Rp.*	*Silene.*
Ulm-	aria	*T.*	*Filipendula.*
Ros-	ea	*Rv.*	*Rhodiola.*
Cep-	æa	*Ib.*	*Sedum.*
Adon-	ia	*Pk.*	*Myosurus.*
Balsam-	ita	*V.*	*Tanacetum.*
Camphor-	ata	*T.*	*Selago.*
Caryophyll-	ata	*T.*	*Geum.*
Trifoli-	ata	*Ms.*	*Menyanthes.*
Lap-	athum	*T.*	*Rumex.*
Polygon-	atum	*T.*	*Convallaria.*
Botr-	ytis	*M.*	
Eruc-	ago	*T.*	*Bunias.*

Junc-	ago	*T.*	*Triglochin.*
Lili-	ago	*V.*	*Convallaria.*
Popul-	ago	*T.*	*Caltha.*
Arach-	idna	*Pl.*	*Arachis.*
Sali-	unca	*Bx.*	
Tulipi-	fera	*B.*	*Magnolia.*
Sedi-	formis.		
Corallo-	rhiza	*Rp.*	*Neottia.*
Lino-	phyllon	*Pn.*	*Thesium.*
Melisso-	phyllum	*Rv.*	*Dracocephalum.*
Ocymo-	phyllum	*Bx.*	*Isnardia.*
Carvi-	folia	*C. B.*	*Selinum.*
Coryli-	folia	*Hs.*	
Gramini-	folia	*Rj.*	*Pilularia.*
Junci-	folia	*Rj.*	*Subularia.*
Poli-	folia	*Bx.*	*Andromeda.*
Serpilli-	folia	*Bx.*	*Linnæa.*
Corallo-	dendron	*T.*	*Erythrina.*
Cheir-	anthos	*Cm.*	
Alsin-	anthemos	*Rj.*	*Trientalis.*
Alsin-	anthemum	*Kr.*	*Alsine.*
Moro-	carpus	*Rp.*	*Blitum.*
Ricino-	carpus	*B.*	
Anemono-	spermos	*Hr.*	*Arctotis.*
Fago-	pyrum	*T.*	*Helxine.*

Decomposita.

Fung-	oid-	aster	*M.*	
Clathr-	oid-	astrum	*M.*	
Lentic-	ul-	aria	*M.*	*Lemna.*
Alsin-	astri-	formis	*Pk.*	*Montia.*

228.

228. *Nomina generica* ſimili ſono *exeuntia, anſam præbent confuſionis.*

Demonſtravimus in antecedentibus §. 224. 225. 226. 227. quot modis nomina generica, per ſe bona, adulterari ſolent a Botanicis; Hic exemplis oſtendamus & concludamus, quæ inde inextricabilis confuſio oriatur, neque verſatiſſimis Botanicis, multo minus Tyronibus, ulla memoriæ præcellentia ſupervincibilis.

Non dicam quam magna, imo ſæpius ſumma, inter genera ipſa, quæ idem nomen genericum adulteratum gerant, ſit diverſitas: ſed modo cum *CÆSALPINO* exclamabo: *Confuſis nominibus omnia confundi neceſſe eſſe.*

Si modo ulla ratio, ulla cauſſa, ulla nota plantis inſcripta hanc non aliam, *oides* non *ellam*, non *aſtrum*, *aſtrum* non *aſtroidem*, *aſtroidem* non *aſtriformem* urgeret, poſtularetve, victas quodammodo largirer manus: quæ cum omnino nulla ſit, valet conſequentia: abſurdum ſcilicet eſſe, quod abſque ratione factum.

Cavendum etiam eſt, ne plura conficiantur nomina ſimilia, vel unica modo alterave litera diverſa, vel ſono ſimillima, licet radix vocis diverſiſſima deſumeretur: nullus non novit, quanta hinc difficultas oriatur apud Tyrones. vide ε. ζ. κ. λ. ν. ο. π.

Cavendum quoque, ne metaphora nominis in diverſis generibus multoties deſumatur ab uno eodemque ſubjecto, unde eædem cauſantur querelæ. e. gr. δ. γ. φ. χ.

Cavendum demum, ne nimis multa ex una eademque

que metaphora desumta, verbo simili terminentur, ut in τ. υ. Tum enim Tyrones difficile retinent nomen: modo balbutiunt ultimum, e. gr. *dendron* . . *dendron*, oblito antecedenti.

Nescio & unde *Vaillantio* adeo placuit terminatio tot nominum in *theca*, quod verbum ante eum vix ab ullo adhibitum novi. υ.

α. Alsine.	*Alsine.*
Alsinoides *Rj.*	
Alsinella *D.*	*Sagina.*
Alsinastrum *T.*	*Elatine.*
Alsinastroides *Kr.*	
Alsinastriformis *Pk.*	*Cameraria.*
Alsinanthemos *Rj.*	*Trientalis.*
Alsinanthemum *Kr.*	*Alsine.*
β. Juncus *Sch.*	
Scirpus *Sch.*	
Cyperus *Sch.*	
Juncoides *Sch.*	
Scirpoides *Sch.*	
Cyperoides *Sch.*	
Juncoidi affinis.	
Cyperoidi affine *Sch.*	
Junco affinis *Sch.*	
Pseudo-Cyperus *Sch.*	
Scirpo-Cyperus *Sch.*	
γ. Lens *T.*	*Cicer.*
Lenticula.	*Lemna.*
Lenticularia.	*Lemna.*
Lentibularia.	*Utricularia.*

δ. Ly-

δ. Lycopsis *Rv.*	*Lycopsis.*
Lycopus *T.*	*Lycopus.*
Lycopodium *D.*	*Lycopodium.*
Lycoperdon *T.*	*Lycoperdon.*
Lycopersicon *T.*	*Solanum.*
ε. Acacia *T.*	*Mimosa.*
Casia *T.*	*Theligonum.*
Cassia *T.*	*Cassia.*
Cassida *T.*	*Scutellaria.*
ζ. Ligustrum.	*Ligustrum.*
Ligusticum.	*Ligusticum.*
Levisticum.	*Ligusticum.*
η. Capnos.	*Fumaria.*
Capnoides.	*Fumaria.*
Capnorchis.	*Fumaria.*
Cysticapnos.	*Fumaria.*
ϑ. Nymphoides.	*Menyanthes.*
Nymphæa.	*Nymphæa.*
Micro Nymphæa.	
Leuco Nymphæa.	*Nymphæa.*
Micro Leuco Nymphæa.	*Hydrocharis.*
ι. Orchis.	*Orchis.*
Mon Orchis.	*Herminium.*
Pseudo Orchis.	*Satyrium.*
Orchidiastrum.	
κ. Lupinus.	*Lupinus.*
Lupulus.	*Humulus.*
Lupulinum.	*Trifolium.*

λ. Portulaca.	*Portulaca.*
Portula.	*Peplis.*
μ. Polygonum *T.*	*Polygonum.*
Polygonoides *T.*	*Calligonum.*
Polygonatum *T.*	*Convallaria.*
Polygonifolia *D.*	*Corrigiola.*
Polygala *T.*	*Polygala.*
ν. Stellaris *D.*	
Stellaria *D.*	*Corispermum.*
ξ. Pitys.	*Pinus.*
Chamæpitys *T.*	*Ajuga.*
Hypopitys *D.*	*Monotropa.*
Potamopithys *Bx.*	*Elatine.*
ο. Guajacum *Pl.*	*Guajacum.*
Guaiacana *T.*	*Diospyros.*
Guaiava *T.*	*Psidium.*
Guanabanus *Pl.*	*Anona.*
π. Betonica *T.*	*Betonica.*
Methonica.	*Gloriosa.*
ρ. Selinum.	
Eleoselinum.	
Oreoselinum.	
Thysselinum.	
Buselinum.	
Hipposelinum.	
σ. Falcata.	*Medicago.*
Falcaria.	

τ. Toxicodendron.	*Rhus.*
Chamærhododendron.	*Azalea.*
Lepidocarpodendron.	*Protea.*
Hypophyllocarpodendron.	*Protea.*
Conocarpodendron.	
Staphylodendron.	*Staphylæa.*
Epidendron *Hr.*	*Epidendrum.*
υ. Helminthotheca *V.*	*Picris.*
Dimorphotheca *V.*	*Calendula.*
Obeliſcotheca *V.*	*Rudbeckia.*
Arctotheca *V.*	*Arctotis.*
Diototheca *V.*	*Morina.*
Tetragonotheca *D.*	*Tetragonotheca.*
φ. Lunaria.	
Lunularia *M.*	*Marchantia.*
χ. Lycos.	
Lycogala *M.*	*Mucor.*
Lycoperdaſtrum *M.*	*Lycoperdon.*
Lycoperſicon *T.*	*Solanum.*
Lycoperdon *T.*	*Lycoperdon.*
Lycoperdoides *M.*	*Lycoperdon.*
Lycopodioides.	*Lycopodium.*
Lycopodium.	*Lycopodium.*
Lycopſis.	*Lycopſis.*
Lycopus.	*Lycopus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-32889-p0067-1 DFG

229. *Nomina generica, quæ ex* Græca *vel* Latina *lingua radicem non habent, rejicienda sunt.*

Utatur propriâ linguâ singula natio, conveniant modo inter se Botanici, ut de una eademque scientia, sic & de una eademque lingua, ut junctis viribus extruere queant inceptam turrim, ne hæc, ut Babylonica quondam, imperfecta relinquatur jubentibus & volentibus singulis propria aliisque incognita lingua.

Convenere & selegere dudum Docti per Europam linguam latinam pro communi eruditorum; dissentiit dudum singulæ nationis fastus, quæ suam propriam voluit communem; scripsere & in propria singuli Recentiorum sua inventa, ut Tyro senescat in litteris, antequam scientias legere aptus sit. Botanici primarii, quique Latinam loqui didicere, quod laudandum maxime, pauci ab ea discessere, in denominandis plantis vero vix ulli.

Non inficias eo, quin unaquæque natio sua propria retineat nomina plantarum, sed, ut conveniant in Latinis Botanici docti omnes, est quod voveo: cum vero hoc non fecerint, ostias pulsitare barbariem prævideo. Latina itaque plantis imposita nomina, qua talia, retineri debent omnia.

Græca nomina generica tolerari necessario debent, cum Res Herbaria omnium primo a Græcis extructa sit, vel apud Græcos caput extollere cœperit, quo tempore tot nomina introducta sunt, ut sine totali scientiæ reformatione mutari nequeant; accedit quod Græca vox plurium aliarum linguarum sensus brevita-

te

te exhauriat, faciliusque in ea combinentur vocabula, ut nulla, in nominibus componendis genericis, eâ aptior sit.

Reliquæ omnes *Europææ* Linguæ hic exulent, & extra Europam (*Barbaræ* nobis) quotquot sint: ut sciamus, quam loquamur ipsi linguam.

Barbaras has assumsere, qui vel nomina alia conficere non potuere, vel quibus nimis laboriosum fuit nova excogitare.

Officinalia nomina nullam ob causam cur acciperem, video, nisi quis Pharmacopœorum authoritatem nimiam facere vellet.

Retineo tamen nomina Barbara, ubi e Lingua Latina vel Græca derivationis radicem obtinere possum, & tum ut nova apud me valent vocabula. e. g.

Datura a dando, quod detur inertibus & effœtis, a Scortis, Maritis.

Musa a Studiorum Dea vel Antonio Musa. vide *Mus. Cliff.*

Dura nobis Europæis audiunt verba, in quibus consonantium plurium interrupta series, ut in Barbaris plerisque.

Cæsalpinus nomina Hetrusca pro Latinis libenter, sed male, recepit.

I.

Germanica.

Anblatum *T.*	*Squamaria Rv.*
Brunella *T.*	*Brunella T.*
Beccabunga *Rv.*	*Veronica.*
Bovista *D.*	*Lycoperdon T.*
Gale *T.*	*Myrica.*
Kremlinga.	*Agaricus.*
Morchella *D.*	*Boletus.*

Belgica.

Cracca *Rv.*	*Vicia.*
Crupina.	*Centaurea.*

Gallica.

Amanita *D.*	*Agaricus.*
Armeria.	*Dianthus.*
Bugula *T.*	*Ajuga.*
Calcitrapa *V.*	*Centauria.*
Doria *D.*	*Solidago.*

Hispanica.

Bardana.	*Arctium.*
Camarinna *Pt.*	*Empetrum T.*
Scorzonera *T.*	*Scorzonera.*
Sarsaparilla.	

Italica.

Belladona *T.*	*Atropa.*
Belle vedere.	*Chenopodium.*
Crespinus.	*Berberis.*
Galega.	*Galega* +.
Pulsatilla.	*Pulsatilla.*

Anglica.

Percepier *D.*	*Aphanes.*

Suecica.

Knawel *Rp.*	*Scleranthus.*
Appel *Pk.*	

Russica.

Badiaga *Bx.*	*Spongia.*

II.

Barbara.

Acajou *T.*	*Anacardium.*
Adhatoda *T.*	*Justicia Hs.*
Abutilon *T.*	*Malva.*
Alhagi *T.*	*Hedysarum.*
Alkekengi *T.*	*Physalis.*
Alcanna.	*Lawsonia.*
Ampanna *Pn.*	*Borassus.*
Amberboi *V.*	*Centauria.*
Azedarach *T.*	*Melia.*
Ahouai *Pl.*	
Arapabaca *Pl.*	*Spigelia.*
Bihai *Pl.*	*Musa.*
Bonduc *Pl.*	*Guilandina.*
Bammia *Rv.*	*Trionum.*
Beidalzar *Kn.*	
Berberis *T.*	*Berberis.*
Bulbonac *Rp.*	*Lunaria.*
Behen *Rp.*	*Cucubalus.*
Ceterac.	
Caapeba *Pl.*	*Cissampelos.*
Carthamus *T.*	*Carthamus.*
Codda panna.	*Corypha.*

Cakile *T.*	*Raphanus.*
Cainito *Pl.*	*Chrysophyllum.*
Caraguata *Pl.*	*Tillandsia.*
Cujete *Pl.*	*Crescentia.*
Camara *Pl.*	*Lantana.*
Cururu *Pl.*	*Paullinia.*
Calaba *Pl.*	*Calophyllum.*
Ceiba *Pl.*	*Xylon.*
Courbaril *Pl.*	*Hymenæa.*
Doronicum *T.*	*Doronicum.*
Dachel *Pn.*	*Phœnix.*
Datura.	*Datura.*
Esula *Rv.*	*Euphorbia.*
Guajava *T.*	*Psidium.*
Guajacum *T.*	*Guajacum.*
Guazuma *Pl.*	*Theobroma.*
Guanabanus *Pl.*	*Anona.*
Hacub *V.*	*Gundelia.*
Harmala *T.*	*Peganum.*
Isora *Pl.*	*Helicteres Pk.*
Jocara.	
Inga *Pl.*	*Mimosa.*
Jabotapita *Pl.*	*Ochna.*
Icaco *Pl.*	*Chrysobalanus.*
Kali *T.*	*Salsola.*
Keiri *Rp.*	*Cheiranthus.*
Ketmia *T.*	*Hibiscus.*
Karatas *Pl.*	*Bromelia.*
Lilac *T.*	*Syringa.*
Luffa *Syris.*	*Momordica.*
Mays *T.*	*Zea.*
Martagon *Rp.*	*Lilium.*
Marrubium *T.*	*Marrubium.*
Manihot *T.*	*Jatropha.*

Melo-

Melochia.	*Melochia* +.
Murucuja *T.*	*Passiflora.*
Muſcari *T.*	*Hyacinthus.*
Mangles *Pl.*	*Rhizophora.*
Mamei *Pl.*	*Mammea.*
Monbin *Pl.*	*Spondias.*
Mançanilla *Pl.*	*Hippomane.*
Muſa *Pl.*	*Muſa.*
Nelumbo *T.*	*Nymphæa.*
Nhandiroba *Pl.*	*Fevillea.*
Papaja *T.*	*Carica.*
Petum *Rv.*	*Nicotiana.*
Quamoclit *T.*	*Ipomœa.*
Rhabarbarum *T.*	*Rheum.*
Rojoc *Pl.*	*Morinda V.*
Schundapana.	*Caryota.*
Sesban.	
Sapota *Pl.*	*Achras.*
Todda-panna.	
Tenga *Pn.*	*Coccus.*
Turpetum.	
Tapia.	*Crateva.*
Uſnea.	*Lichen.*
Yucca.	*Yucca* +.

230. *Nomina generica plantarum cum* Zoologorum *&* Lithologorum &c. *nomenclaturis communia, si a Botanicis postea assumta, ad ipsos remittenda sunt.*

Cum quis in proprium usum trahit, quod alterius est, furtum committit; male itaque agunt Botanici, Zoologi, vel Lithographi, dum sibi invicem propria auferunt, illegitima methodo.

Retineat quisque suum; Quique prior fuit tempore, prior sit loco.

Quæ & quanta hinc confusio orta sit, vident vel subridentes pharmacopœorum servi; an hi immerito derident nos? Præscribat quis aquam Elephantis, Leonis, Onagræ, Tigridis, &c. Quis leviter sanus crederet hanc desumi e plantis? Risere toties studiosi, qui vix limina Accademica calcarunt, quoties Elephantem cum Columna & Tournefortio dixerim esse plantam; & juste riserunt me!

Restituantur itaque nomina, a Botanicis posterius assumta, adque suum forum remittantur omnia, nisi de quibusdam circa tempus possessionis ambigeretur; tum forte in Botanicis retineri possent, si superflua essent in altero foro.

Animal dicatur in Zoologicis.

Taxus.	*Meles.*
Acanthus.	*Passer.*
Oenanthe.	*Motacilla.*

Pha-

Phalaris.	*Passer.*
Phœnix.	*Hypotheticum impossibile.*
Urtica.	*Medusa.*
Ranunculus.	*Rana.*

Sunt qui putant res egregie distinctas esse duabus modo literis in fine mutatis, quæ declinatæ magis confundunt. e. gr.

Acanthus planta.	*Acanthis* Avis.
Buglossum.	*Buglossus* Piscis.
Spina.	*Spinus* Avis.
Ochrus.	*Ochra* Fossile.
Spergula.	*Spergulus* Avis.
Muscus.	*Musca* Insectum.
Cynoglossum.	*Cynoglossus* Piscis.
Lamium.	*Lamia* Piscis.
Perdium.	*Perdix* Avis.
Ampelis.	*Ampelis* Avis.

Quadrupedia.

Agnus.	*Vitex.*
Castorea.	*Duranta.*
Chamæleon.	*Carthamus.*
Cynocephalum *Pn.*	*Antirrhinum.*
Elephas *T.*	*Rhinanthus.*
Erinaceus *D.*	
Erinacea *T.*	
Lupulus *T.*	*Humulus.*
Leo *Const.*	*Orobanche.*
Onagra *T.*	*Oenothera.*
Taxus *T.*	*Taxus.*
Tigris.	*Sisyrinchium.*

Aves.

Acanthus *T.*	*Acanthus.*
Ampelis *Ds.*	*Vitis.*
Aſter.	*Aſter.*
Cuculus *Pln.*	*Cucubalus.*
Cyanus.	*Centauria.*
Glaucium *T.*	*Chelidonium.*
Lagopus.	*Trifolium.*
Linaria *T.*	*Antirrhinum.*
Luteola *T.*	*Reſeda.*
Meleagris.	*Fritillaria.*
Oenanthe.	*Oenanthe.*
Pelecinus *T.*	*Biſerrula.*
Pſittacus *Hs.*	*Amaranthus.*
Perdium.	*Parietaria.*
Phalaris.	*Phalaris.*
Phœnix.	*Phœnix.*
Salicaria.	*Lythrum.*
Spergula.	*Spergula.*
Spina.	*Carduus.*
Struthium.	*Reſeda.*

Piſces.

Adonis.	*Adonis.*
Argentina.	*Potentilla.*
Bugloſſum *T.*	*Anchuſa.*
Cynogloſſum.	*Cynogloſſum.*
Draco.	
Delphinium.	*Delphinium.*
Hippuris.	*Hippuris.*
Hypogloſſum.	*Ruſcus.*
Lamium.	*Lamium.*

Muræna.

Muræna.	*Lavendula.*
Paſtinaca.	*Paſtinaca.*
Scorpioides *T.*	*Scorpiurus.*
Tithymalus.	*Euphorbium.*
Xiphium.	*Iris.*

Inſecta.

Accipitrina.	*Sophia.*
Aurelia.	*Gnaphalium.*
Ephemerum.	*Tradeſcantia.*
Eruca.	*Eryſimum.*
Forbicina.	*Verbeſina.*
Lens *T.*	*Cicer.*
Locuſta.	
Muſcus (*ca*).	
Phalangium.	*Phalangium.*
Pinguicola.	*Pinguicula.*
Ricinus.	*Ricinus.*
Scolopendrium.	*Aſplenium.*
Scorpius.	
Sphondylium *T.*	*Heracleum.*
Siliquaſtrum *T.*	*Cercis.*
Staphylinus.	*Staphylæa.*
Urtica.	*Urtica.*

Amphibia.

Natrix.	
Ranunculus.	*Ranunculus.*

Zoophyta.

Balanus.	
Concha.	
Phalaris.	*Phalaris.*

Lapides.

Asterias *Reu.*	*Gentiana.*
Conchites.	
Granatum.	*Punica.*
Heliotropium.	*Heliotropium.*
Hyacinthus.	*Hyacinthus.*
Molybdæna.	*Plumbago.*
Ochrus.	*Pisum.*
Othonna.	*Othonna.*
Plumbago.	*Plumbago.*
Suillus.	*Boletus.*

Cœlestia.

Sol *Rp.*	*Helianthus.*
Iris.	*Iris.*

Terrestria.

China.	
Tartaria.	
Molucca.	*Moluccella.*
Stœchas.	*Lavendula.*
Ternatea.	*Clitorea.*

Moralia.

Patientia.	*Rumex.*
Concordia.	*Agrimonia.*

231. *Nomina generica cum* Anatomicorum, Pathologorum, Therapeuticorum, *vel* Artificum *nomenclaturis communia, omittenda erunt.*

In antecedenti oſtendimus Zoologos, & Lithographos illicitas manus intuliſſe, vel Botanicos in eorum propria. Hic vero, quomodo Botanici ex aliis ſcientiis nonnulla mutuarint, patefaciamus.

Quæ magis abſurda eſſet concluſio, quam ſi quis ſtatueret Aſtragalum eſſe Epiglottidem, cum fructus habeat modo formam rudem; a ſimilitudine vel figura ad eſſe non valet conſequentia.

Soliti erant Veteres nominare plantas eodem nomine, quo morbum, quem curare credebant, contraria ſane ratione: oppoſita enim oppoſitis tolluntur.

Idem & valet in reliquis Therapeuticis & Artificialibus: exempli gratia, formulam præſcribam ex nominibus Botanicis, quas vel maxime ſtupidus pharmacopœorum famulus rideret.

℞. Priapi *A.* vel
Clitoridis *Br.*
Umbilici *Hk.*
Tunicæ *Rp.*
Auriculæ *Hk.* ana q. v.
Extrahantur c. Patientia per diem. Detur inſano.

℞. Eſcharæ
Pſoræ ana M. 1.
Paralyſis
Paronychiæ
Sodæ ana P. j.
Sphaceli ℥iij.
Verrucas N°. ij.
Inciſa & contuſa extrahantur in Aqu. Cardiac. & Hepaticæ d. ſ.

℞.

℞. Calceolorum
Sagittarum
Virgarum
Solearum equinarum
Candelæ
Bursæ
Mitræ *Houst.*
Camaræ q. s. f. quid velis.

Anatomica.

Arbor vitæ.	*Thuya T.*
Auricula *Hk.*	*Primula.*
Astragalus *T.*	*Astragalus.*
Barba Jovis.	
Crista galli *Rv.*	*Rhinanthus.*
Costa *D.*	*Hieracium.*
Clitoris *Br.*	*Clitorea.*
Epiglottis *Kn.*	*Astragalus T.*
Porus.	*Millepora.*
Tunica *Rp.*	*Dianthus.*
Umbilicus.	*Cotyledon.*
Priapus *A.*	*Nepenthes.*
Testiculus *Sac.*	*Ranunculus.*

Pathologica.

Ægilops.	
Eschara.	*Millepora.*
Ficus *T.*	*Ficus.*
Fungus.	
Lichen *T.*	*Lichen.*
Paronychia *T.*	*Herniaria.*
Paralysis.	*Primula.*

Pru-

Prunella.	*Brunella T.*
Pſora.	*Scabioſa.*
Soda *Lob.*	*Salſola.*
Sphacelus *Ds.*	*Salvia.*
Verruca *Lob.*	*Lampſana.*

Therapeutica.

Ptarmica.	*Achillæa.*
Bechium.	*Tuſſilago.*
Ecbolium *Rv.*	*Juſticia.*
Pſilothrum *Ds.*	*Bryonia.*
Cardiaca *T.*	*Leonurus.*
Hepatica.	*Hepatica.*
Hæmorrhoidalis *Ald.*	

Artificialia.

Burſa *Hk.*	*Thlaſpi.*
Camara *Pl.*	*Lantana.*
Calceolus *T.*	*Cypripedium.*
Corona.	*Helianthus.*
Candela *Rj.*	
Cucurbita *T.*	*Cucurbita.*
Ferrum equinum *T.*	*Hippocrepis.*
Muſcipula *Rp.*	*Silene.*
Nidus avis *T.*	*Neottia.*
Serra *Vk.*	*Biſerrula.*
Solea equina.	*Hippocrepis.*
Sagitta.	*Sagittaria.*
Virga.	*Solidago.*

232. *Nomina generica* contraria *speciei alicui sui generis, mala sunt.*

Difficillime omnino fateor nomina generica imponi posse plantis, quæ non erunt contraria alicui speciei, cum primæ inventæ plantæ sui generis communiter nomen assignare tenemur, reliquarum, non detectarum, etiamnum ignari; quanta itaque potest, adhibeatur sagacitas, ultra quam progredi non datur.

Quæ incommoda ab oppositis & omnino contrariis profluant nominibus, cuicunque per se patet; nam si plantam ex regulis systematicis, ante a me non visam, reduxissem ad Classem, ordinem, & genus, tumque observarem nomen exacte contrarium esse proprietati plantæ, nonne tum cum ratione hæsitarem, meque non quæsitum obtinuisse genus, sed aliud crederem?

Unifolium semper in caule gerit duo folia, licet radicalia (hinc inde, ut in maxima plantarum parte) solitaria, per terram sparsa sint.

Bidens a seminibus palea duplici coronatis dicta, in plerisque vero tres vel quatuor profert denticulos.

Convolvulus in plurimis speciebus caule volubili instruitur, unde dictus; in paucis autem erecto. Hinc fuere, qui ob solum nomen prius impositum, novum ab istis speciebus, quæ caulem erectum proferunt, condere tentarunt genus: quasi nomina possent constituere genera, non vero genera desiderare nomina. Curiosa sane & ratio & theoria! Summa sane vel Doctrina vel Ignorantia!

Cyanus

Cyanus est color cæruleus. In Cyani genere communiter cærulei sunt flores: dantur & varietates floribus albis, quæ contrariantur nomini; hinc cavendum, ne a colore floris inepte desumantur nomina, saltem non a cæruleo vel purpureo colore, qui facillime in album variat.

Holosteum Plin. 27. c. 10. sine duritie est herba ex adverso a Græcis appellata, ac si quis diceret fel dulce: sic hæc per antiphrasin mimime ossea. vide *Vossium*, qui merito ridet nomina per antiphrasin dicta.

Chrysanthemum flore albo.	
Cyanus flore albo.	*Centauria.*
Pilosella glabra.	*Hieracium.*
Perfoliata foliis separatis.	*Bupleurum.*
Holosteum molle.	
Unifolium caule diphyllo.	*Convallaria.*
Pentaphylloides foliis pinnatis.	*Potentilla.*
Bidens seminibus tridentatis.	
Convolvulus erectus.	

233. *Nomina generica cum classium & ordinum naturalium nomenclaturis communia, omittenda sunt.*

Veteres, qui vera ignorarunt genera, sæpe integram classem sub uno genere exhibuerunt, ut patet ex Filicibus, Muscis, Fungis &c. Hæc nomina nostro ævo non sunt generica, sed ordinum nomenclaturæ.

Dico jam me non vocare posse, si Musci novum genus adinvenirem, hoc novum *Muscum*, eam scilicet ob

ob cauſſam, quod nullum aliud idem nomen gerat, cum omnia iſtius ordinis naturalis ſint Muſci. Eadem eſt ratio cum claſſibus. Patet hoc ab exemplo e Zoologicis mutuato. *Fera* eſt nomen ordinis, nulli generi nomen appropriatum; ſi novum genus iſtius ordinis invenirem, non poſſem hoc novum Feram vocare.

Nec, ſi plantæ genus novum denominarem, quod novem vel decem gauderet petalis, iſtud Enneapetali vel Decapetali nomine apte enuntiarem, cum ejuſmodi nomina ſunt generalia nimis, & ab auditore non pro generico, ſed claſſico facile conciperentur.

Solitus erat *Petiver* imponere ejuſmodi nomina peregrinis ſuis plantis, quibus quidem aliquid, dum claſſem allegavit, dixiſſe videbatur: ſed cum claſſes omnes tam diffuſæ & amplæ ſint, pauci inde ſapere potuere, at longe facilius retinuiſſet ſingulare aliquod, aures feriens & ſenſus, nomen.

Univerſalia iſta nomina, quæ ab eodem *Petivero* multoties impoſita ſunt, nulla re ipſa ſunt; longe caſtiores fuere Veteres in ſuis nominibus.

Ordinum.	*Univerſalia.*
Muſcus.	Planta.
Fungus.	Arbor.
Alga.	Frutex.
Filix.	Suffrutex.
Palma.	Herba.
Lilium.	Vegetabile.

234. *Nomina generica e rebus domesticis similibusque* Diminutiva, *minus placent.*

Difficultatem & laborem conficiendi nomina generica vario modo facilitare excogitavit segnities: quæ, cum prævideret rudia omnino, & absurda nomina mox se proditura, levi flexura ad finem posita barbariem occultare voluit, censoremque eludere. Quis non rideret, si plantam vocarem *Calceum* vel *Lupum*, sed si diminutivum fiat, non omnes capiunt? dicatur itaque *Calceolus* vel *Lupulus*; egregia ratio! optimum asylum!

In *VS* itaque terminata diminutiva mala sunt omnia, cum *Lupulus*, & *Calceolus* sint absolute æquivoca, & intelligi possint de parvo Lupo, & parvo calceo.

In *LA* vero potius admitterem, quatenus minus æquivoca, ut in *ula*, *ella*, *iola*, modo non ab alius plantæ nomine diminutiva facta.

In VS terminata.

Calceolus.
Lupulus.
Ranunculus.

In LA terminata.

Asperula.
Radicula.
Spergula.

Primula.
Crassula.
Serratula.
Rorella.
Coronella.
Crucianella.
Gratiola.
Corrigiola.
Radiola.
Mitreola.

235. *Nomina generica* adjectiva *substantivis pejora sunt.*

Non dixi nomina hæc adjectiva absolute excludi, sed tantum statui ea reliquis inferiora censeri debere.

Et quamvis coacti fere simus retinere Veterum imposita, ne vel nimiam videremur introducere mutationem, nimisque rigidi esse rerum censores, per nos persistant hæc dudum confecta: tamen quod ejusmodi in posterum non effingantur, est quod monemus.

Si ulla nomina late nimis derivata sunt, certe talia; & posset forte longe propius peti derivatio & metaphora nominis.

Vidistis mox quid sentiendum de nominibus a *Regione* petitis. Eadem sunt, ac si novis generibus imponerem nomina: Amstelædamensen, Londinensem, Anglam, Germanam, Danam; quasi in his locis tantummodo hæc existeret, non alia planta: involvit dein maximam æquivocationem; quis harum ignarus sciat quid intelligam per Persicam, Armeniacam, Mol-

Moldavicam; an Feminam, Felem, vel plantam.

Eadem ratio est cum plantis a *Virtute* dictis. e. gr. *Hepatica*, *Pulmonaria*, *Vesicaria*, quasi hæc, non alia esset ejusdem effectus; videtis Medicos minus Botanicos semper in morbis Hepaticis præscribere Hepaticam, in Hernia Herniariam &c. quasi hæ plantæ per excellentiam sic dictæ sint, & facillime in his casibus in memoriam incidant, licet nil minus quam tales sint.

Nec melioris sortis sunt plantæ ab *Attributis* propriis homini, vel animalibus solis dictæ: cum his idem est, ac si novam quandam dicerem ob spinas *Iratam*, ob flores pulcherrimos *Hilarem*, ob florendi actum per noctem *Nocturnam*; quam absurda non hæc forent?

Quæ in *Aria* desinunt, facilius admitterem, cum præstantiora nostro ævo e latina vix sperare fas sit.

a Regione.

Lycium.	
Armeniaca *T.*	*Prunus.*
Persica *T.*	*Amygdalus.*
Carvi *T.*	
Agaricus *D.*	
Ligusticum *T.*	
Moldavica *T.*	*Dracocephalon.*
Medica *T.*	
Patagonica *D.*	*Patagonula.*
Bermudiana *T.*	*Sisyrinchium.*
Thapsia *T.*	
Cydonia *T.*	*Pyrus.*
Opuntia *T.*	*Cactus.*
Colchicum.	
Castanea *T.*	*Fagus.*

Parnassia *T.*
Nardus. *
Betonica.
Sabina.
Rhodia *C. B.* *Rhodiola.*

a Virtute.

Medica *T.*
Hepatica.
Pulmonaria *T.* *Pulmonaria.*
Vesicaria *T.* *Alyssum.*
Herniaria.
Saxifraga.
Scabiosa.
Vulneraria. *Anthyllis.*

ab Attributis.

Impatiens.
Mirabilis.
Clandestina *T.* *Lathræa.*
Superba. *Dianthus.*
Imperatoria.
Gloriosa.
Succisa. *Scabiosa.*
Crassa *Rv.* *Stapelia.*
Angelica.
Passerina.
Sagina.

In

In ARIA desinentia.

Arenaria.	Lunularia.
Clavaria.	Matricaria.
Capraria.	Parietaria.
Cochlearia.	Pulmonaria.
Convallaria.	Sagittaria.
Coriaria.	Saponaria.
Coronaria.	Scrophularia.
Craniolaria.	Scutellaria.
Crotalaria.	Sertularia.
Dentaria.	Squamaria.
Fragaria.	Subularia.
Fritillaria.	Utricularia.
Herniaria.	Uvularia.
Lunaria.	Vulneraria.

236. *Nominibus genericis non abuti decet ad* Sanctorum, *hominumque in alia arte* Illustrium *memoriam conservandam, vel favorem captandum.*

Seram qui obtinuit nominis sui apud Posteros gloriosam & honestam memoriam, illum dico summum honorem obtinuisse, quem mortalis exoptare queat, usque dum major mihi demonstretur ullus alius. Pretium & acquirendi difficultas pendent ita a se invicem, ut separari nullo modo queant; leviter enim sani & dementis esset aureum pro obolo objicere; frivolum esset, nomen cujusdam plantis in-

ſcribere æternis literis in perpetuam memoriam leviſſimam ob cauſam.

Debet itaque is, qui immortalem hanc affectatur gloriam, eam ſibi comparare ſtudio, labore, ſudore per maximam vitæ ſuæ partem.

Dulcia non meruit, qui non guſtavit amara.

Hanc dare æternam nominis gloriam non dependet ab unius Botanici, non a dantis vel offerentis facilitate; ſed confirmari debet a viventibus & futuris Botanicis omnibus, qui juſte revocare poſſunt, quod injuſte datum.

Quis alioquin non ſtuderet ab aliquo Botanico tantam ſibi redimere nominis gloriam? Quisnam tandem Botanicorum non, ut hanc offerret, exoraretur a Magnatibus?

Obſtupeſco certe, dum adſpicio qua audacia, quaque temeritate *Petiver*, ut alios taceam, Hortulanis, Monachis, Affinibus, Amicis, ſimilibuſque ſplendida nimis & pretioſa infantibus objecerit aurata dona; hæc data nulla ſunt, niſi riſus & fabula poſteris.

Quid Anatomici, Chirurgi, Pharmacopœi, Therapeutici, qua tales in Botanicis? & quem ipſis debeamus hic honorem? Quis Botanicorum, qua talis, in horum foris immortali cumulatus ſit unquam memoria? certe nec fuit, nec debuit ullus; ergo valet vi oppoſitorum conſequentia, quod quiſque permaneat intra ſuæ activitatis ſphæram.

Rejicio itaque nomina hæc Sanctorum, Variorum, Illuſtrium, Medicorum, eaque extra provinciam Botanices præſcribo: nec tamen ideo immanitate Barbarus ero: nam licet extremis natus in oris, & ſepoſitus, nihilominus ad me tantorum Anatomico-

rum,

rum, & Medicorum nomina percrebuere: profiteor tamen non in Botanicis. *PONT. diss.* 203.

Si qui sint horum in vivis adhuc, sique posthac se tanto honore dignos præstent, primus ero, qui nomina eorum revocet, defendat; salus enim Botanices est & augmentum, quæ summa mihi est amicitia.

Romano-Catholicæ religioni addicti Botanici Veteres plantam unicam singulo suo Sancto sanctam consecrarunt; ab his recessere Romano-Catholici Recentiores, & Systematici, ac Botanici omnes. Plura horum qui velit exempla, adeat *J. BAUHINUM de Plantis a Divis Sanctisve nomen habentibus*; & *JONCQUETUM de nominibus Barbaris.*

α. *Sanctorum.*

Herba Sanct. Trinitatis.	*Hepatica.*
——— Alberti.	*Erysimum.*
——— Antonii.	*Epilobium.*
——— Benedicti.	*Geum.*
——— Christophori.	*Actæa.*
——— Gerardi.	*Ægopodium.*
——— Georgii.	*Valeriana.*
——— Guilielmi.	*Agrimonia.*
——— Johannis.	*Artemisia.*
——— Jacobi.	*Senecio.*
——— Kunigundis.	*Eupatorium.*
——— Ladislai.	*Gentiana.*
——— Laurentii.	*Sanicula.*
——— Pauli.	*Primula.*
——— Petri.	*Parietaria.*
——— Philippi.	*Isatis.*
——— Quirini.	*Tussilago.*
——— Ruperti.	*Geranium.*

——— Simeonis.	*Malva.*
——— Stephani.	*Circæa.*
——— Valentini.	*Pæonia.*
——— Zachariæ.	*Centauria.*
Sanct. Barbaræ.	*Erysimum.*
——— Catharinæ.	*Impatiens.*
——— Claræ.	*Valeriana.*
——— Crucis.	*Nicotiana.*
——— Mariæ.	*Tanacetum.*
——— Othyliæ.	*Delphinium.*
——— Rosæ.	*Pæonia.*
Herb sanct. Infantis.	*Rumex.*
Sanctus Carolus.	*Humulus.*
Claretta *Ruel.*	*Valeriana.*
Christophoriana *T.*	*Actæa.*

β. *Variorum.*

Blasia *M.*		*Monachus.*
Landonia *Pt.*		*Affinis Authoris.*
Levisanus *Pt.*		*Theologus Anglus.*
Randalia *Pt.*		*Hortulanus Anglus.*
Seriana *Pl.*	*Paullinia.*	*Pater ord. minimor.*
Uvedalia *Pt.*	*Osteospermum.*	*Theologus Anglus.*

γ. *Illustrium.*

Phelypæa *T.*	*Phelypæa.* +.	*Cancell. Galliæ.*
Poinciana *T.*	*Cassia.*	*Præfectus Antillarum.*
Begonia *T.*	*Begonia.* +.	*Præfectus r. nauticæ.*
Buccaferrea *M.*	*Ruppia.*	*Senator Bononiensis.*
Bonarota *M.*	*Pæderota.*	*Senator Florentinus.*
Riccia *M.*	*Riccia.* *	*Senator. . . . .*
Salvinia *M.*	*Marsilæa.*	*Prof. Græc.*

Carelia

δ. *Medicorum.*

Carelia *Pn.*	*Ageratum.*	*Archiater Pontific.*
Laucisia *Pn.*	*Cotula.*	*Archiater Pontific.*
Papia *M.*	*Papia.* +.	*Archiater.*
Laurentia *M.*	*Lobelia.*	*Professf. Bonon.*
Puccinia *M.*	. . . . .	*Prof. Anat.*
Ruyschiana *B.*	*Hyssopus.*	*Prof. Anat. Amstel.*
Meibomia *Hs.*	*Hedysarum.*	*Prof. Helmst.*
Lavatera *T.*	*Lavatera.* +.	*Medic. Tigurin.*
Darea *Pt.*	. . . . .	*Pharmac. Angl.*
Linkia *M.*	. . . . .	*Pharmac. Lipsiens.*

237. *Nomina generica* Poëtica, Deorum *ficta*, Regum *consecrata*, *& eorum*, *qui Botanices studium* promoverunt, *retineo.*

Si ulla Scientia maximis expensis excoli teneatur, certe Botanica illa est: Botanico enim necessaria sunt: α. Bibliotheca pretiosissima ob tabulas æneas. β. Libri fere omnes, qui unquam prodiere. γ. Hortus plantis vivis instructissimus, cum variis suis hybernaculis, hypocaustis δ. Commercia literaria per totum fere orbem. ε. Itinera in varias dissitas regiones. ζ. Sumtuosa educatio in pingendo, studendo, perlegendo, evolvendo, quæ tamen omnia, nisi natus sit Botanicus, vel acerrimo gaudeat ingenio, felicem Botanicum nunquam constituunt. Cumque quis demum Botanicus existat, nullum inde lucrum, nullos reditus exportat: pauca & munera, quæ eum vocent, occurrunt: hinc nisi Opulenti & Ditissimi Viri, Re-

ges, & Magnates arti opem adferant, sumtibusque necessariis sublevent, pauci existerent Digni Botanico nomine.

Debemus itaque nos gratum testari animum, & intra forum nostrum in recenti perennique memoria istos retinere Viros, qui salutem reipublicæ nostræ promoverunt; Hi licet ne verbum, ne observationem ipsi communicaverint, tamen per alios aptos ista nobis attulere observata, quæ Magnatum liberalitate destituti, apti præstarent nunquam.

Immortalis itaque memoriæ Imperatores & Reges erint, qui Hortos Publicos condidere, Professiones Botanicas instruxere, in exteras terras Botanicos Botanices causa emisere, inter quos omnes præ reliquis eminet Ludovicus XIV. Magnus, nobis certe Maximus.

Promotores sancti nobis habendi, qui privatis opibus arti opem tulerunt: uti, Princ. *Borbonius*; Magnates *Maurocenus*, *Sherardus*, *Beaumontius*, *Clifortius*, *Pereskius*, *Bosius*. Non ipsis nimium dedisse videamur, si plantæ nomen offeramus: tamen plus honoris, immortalem scilicet memoriam, nostra innocenti arte reportant, quam si statuas vel templa exstruerent, arces, aut urbes conderent.

Inventores, qui multas detexerunt plantas novas, unicam pro se retinere posse, justus judex vix negaret.

Medicorum Veterum nomina plantis, quæ imposita, retineo, cum & illi sua sub epocha clara extitere sidera.

Regum Veterum itidem sancta habeo nomina, cum isti, dum Imperantes erant, licet olim, artis nostræ æstimatores fuere.

Poetica retineo, cum insignes communiter fuere Viri,

Viri, nomen a Poetis famigeratissimum qui obtinuere.

Divino autem nomine inclaruere, qui ob sapientiam, Doctrinam, Inventum, se apud Veteres immortali nomine dignos præstitere.

α. Poëtica.

Andromeda.
Adonis.
Actæa.
Canna.
Circæa.
Crocus.
Daphne.
Hyacinthus.
Isis.
Mentha.
Myrsine.
Narcissus.
Phyllis.
Smilax.
Syringa.

β. Deorum.

Apollinaris.	*Apollinis inventum.*
Atropa.	*Atropos una furiarum.*
Dryas.	*Dryades Deæ quercuum.*
Hymenæa.	*Hymenæus Deus conjugii.*
Ixora.	*Ixora Deus Malabarorum.*
Mercurialis.	*Mercurii inventum.*
Musa.	*Musæ studiis consecratæ.*
Najas.	*Najades Deæ aquarum.*

Nym-

Nymphæa.	*Nymphæ Deæ aquarum.*
Nyſſa.	*Nyſſa Nympharum una.*
Serapias.	*Serapias Deus laſciviæ Alexandrin.*
Satyrium.	*Satyri Dii ſylvarum laſcivi.*

γ. Regum.

α. Clymenum.	*Clymenus Rex.*
Eupatorium.	*Eupator, Mithridates?*
Gentiana.	*Gentius Rex Illyriæ, inventor.*
Lyſimachia.	*Lyſimachus Reg. Sic. Agathoclis filius.*
Pharnaceon.	*Pharnaces Rex.*
Telephium.	*Telephus Rex Myſiæ.*
Teucrium.	*Teucer Rex Trojæ, inventor.*
Valeriana.	*Valerius Rex.*
β. Artemiſia.	*Artemiſia Regis Mauſoli uxor.*
Althæa.	*Althæa Reg. Oenei, uxor, Calced.n.*
Helenium.	*Helena Regis Menelai uxor, Spart.*
γ. Bellis.	*Belli Regis Daniæ filii.*
δ. Carlina.	*Carolus V. Magnus Imper. Germaniæ.*
Borbonia.	*Borbon Gaſton, Ludov. XIV. patruus.*
Eugenia.	*Eugenius Princeps Sabandiæ.*

δ. Medicorum.

Aſclepias.	*Æſculapius Princeps Medicorum.*
Achillæa.	*Achilles Centauri diſcipulus.*
Athamanta.	*Athamantis inventum.*
Centaurea.	*Centaurus Latinis.* } idem.
Chironia.	*Chiron Græcis.* } idem.
Euphorbium.	*Euph. Jubæ Reg. Mauritaniæ medicus.*
Heracleum.	*Heraclides, Hippocratis pater.*
Muſa.	*Muſa Anton. Auguſti Cæſ. medicus.*
Melampodium.	*Melampus medicus græcus.*
Pæonia.	*Pæon Herculis medicus. Hom. Od. ε.*

Pro-

ε. *Promotorum.*

Bignonia.	*Bignon. Abb. Præf. S. Gall.*
Bosea.	*Bose Senator Lipsiensis.*
Cliffortia.	*Clifford Nob. Belga. J. V. D.*
Gakenia.	*Gakenholsius Prof. Helmst.*
Maurocena.	*Maurocenus Senator Venet.*
Petrea.	*Petre Nobilis Anglus.*
Pereskia.	*Pereskius Senator Aquisextiensis.*
Sherardia.	*Sherard Consul. Smyrnæ.*

ζ. *Inventorum.*

Brunia.	*Brown Chirurgus Anglus.*
Collinsonia.	*Collinson Mercator Londinensis.*
Claytonia.	*Clayton Merc. Angl. in Virginia.*
Catesbæa.	*Catesby Angl. peregr. Carolinæ.*
Nicotiana.	*Nicot Legatus Galliarum* 1560.
Sarracena.	*Sarracenus Prof. Bot. in America.*

238. *Nomina generica ad Botanici bene meriti memoriam conservandam constructa, sancte servo.*

Si ullus e meis Aphorismis adversarios alliciat, certe hic, ut prævideo: quum omnes, imo vel Botanici, qui vix limina Rei Herbariæ calcarunt, si hic honos non ipsis jamjam accesserit, eum aliis invideant. Et quam multi exsurgant Vaillantii, qui plantam sibi adsignatam primo magni æstiment, aliis consimiles

ſimiles honores offerant: at viſo genere proprio, minus certo, nec ab aliis recte ſeparato, (quamvis errarent in proprio genere) transformatur mox mira metamorphoſi amor in invidiam, quæ ipſis antea honos, jam macula Botanices erit; quæ extruxerunt quondam fauſte, diruunt crudeles, reædificant, nec meliora condunt

Argumentum adverſariorum quod novi, hoc unicum eſt: Nomen & planta ſunt duæ ideæ, quæ ita conjungi debent, ut nullo modo ſeparentur; hoc ut fiat, debet planta manum præbere nomini, nomenque reciproce plantæ, dum nomen gaudet reciproce ratione denominationis; inter botanicum & plantam cum nulla fit connexio, nulla etiam ratio denominationis. Ergo mala.

Reſponſum iis ſit. Qui attente examinat omnia nomina generica, ipſi patebit non quinquageſimum horum notam aliquam eſſentialem generis, vel commune ſpeciebus omnibus attributum continere, ut ulla fiat connexio; Ergo ſi omnia nomina generica, quæ non annectuntur plantæ, quis velit rejicere, novaque condere, quæ digna ſunt, ſit argumenti locus. Hoc quum nullum præſtare poſſe prævideo, dico me potius ſervare velle nomen, quod nullam cum genere obtinet connexionem, quam quod contrarium eſt alicui ſpeciei ſui generis, uti numeroſa exiſtunt; communiter enim impoſita fuere nomina generica primæ detectæ ſpeciei ſui generis, ſecundum notam, quam hæc prima præbuit: reliquæ vero poſtea inventæ eandem non ſubminiſtrarunt. Parum dein refert, unde deſumatur nomen genericum, cum omne gaudeat ſuo charactere, ſua definitione; quid Anglia cum Angelo? An Petrus erit petræ inſtar durus? Licet itaque, ubi nomen eſſentiale inveniri nequit, unde placet,

nomen

nomen quærere, absque damno Botanices. Ergo præ me fero, quod prius exstirparem omnia nomina generica, quæ essentiam generis in se non continent, quam unicum a Botanico bene merito.

Connexio nominis, a Botanico derivati, cum planta, nulla vulgo creditur; at, qui vel leviter in Historia literaria versatus est, facile vinculum, quo connectat nomen, & plantam reperiet, imo tanta cum suavitate, ut e memoria decidat nunquam. e. gr. pauca proponam.

Bauhinia foliis est bilobis, vel quasi duobus ex eadem basi enatis, a nobili isto Fratrum pari Bauhinis.

Scheuchzeria est graminea & Alpina, a celebri isto Fratrum pari Scheuchzeris, quorum alter in Graminibus, alter in Alpinis Plantis excelluit.

Rivina est arbor sempervirens, semperflorens, semper fructum ferens, a florentissimo sui ævi Botanico dicta.

Pisonia est arbor spinis horrida; horrenda certe memoria Viri, si vera, quæ Marcgravii affinis objicit Pisono, quod Pisonus sua omnia a Marcgravio post mortem habuerit &c. vide & confer ipse objectiones, confer & scripta Marcgravii cum Pisonis.

Commelina floribus trip talis, petalis duobus speciosis, tertio non conspicuo; a duplici Commelino; tertius enim ante fata nil præstitit in Botanicis.

Dalechampia planta diversis floribus, ut diversi authores Historiæ Lugdunensis.

Dorstenia, cujus flores minus spectabiles, quasi obsoleti vel antiqui, ut Dorstenii opus.

Hermannia flores profert distinctissimos ab omnibus aliis; natione Africana; a Botanico, qui distinxit se ab aliis sua doctrina, suo labore; quique Africanæ

canæ Floræ januas aperiit, cujus palatium intravit, ejusque gazophylacio satur exiit.

Hernandia arbor Americana, foliis omnium arborum speciosissimis, floribus minus evidentibus; a Botanico, cui summa obtigit fortuna, qui summum habuit stipendium, ut Americæ naturalia investigaret: utinam fructus respondisset impensis!

Magnolia arbor foliis & floribus speciosissimis, a splendidissimo Botanico.

Plukenetia planta floribus maxime singularis structuræ, ut Plukenetius inter Botanicos

Plumieria arbuscula Americana, floribus fulgentissimis, uti Plumier inter Botanicos Americanos

Burmannia planta Zeylanensis duplici spica, cum author suos labores adjunxerit Hermanno de plantis Zeylanicis.

Dillenia flore & fructu omnium speciosissimo, ut Author inter Botanicos.

Gronovia planta scandens, attrahensque plantas omnes; a Viro, qui in colligendis plantis paucos pares habuit.

Milleria planta Americana, cujus calyx arcte clauditur, semenque unicum, alterumve undique involvit, a Viro, qui in conquirendis seminibus Americanis raris, studioseque ea servandis & communicandis multam impendit operam.

Knautia flore regulari, e flosculis irregularibus, seminibus corio tectis: a Viro, qui in regularitate & irregularitate florum, seminibusque nullis nudis, salutem Botanices studiose quæsivit.

Kæmpferia planta apud Japonenses celebris, a Kæmpfero descripta: a Viro, qui de Japonicis præ reliquis meruit.

Linnæam dixit Cel. Gronovius plantam Lapponicam,

cam, depressam, vilem, neglectam, brevi tempore florentem, a consimili suo Linnæo.

Has & similes si nobis ipsis formemus ideas, lusus instar oblectabilis tractatur Scientia nostra, præsertim a Tyronibus, & juvenilibus in annis.

Necesse est insuper unicuique Botanico, ut historiam artis, quam tradit, teneat, simulque Authores omnes cum suis nominibus noscat, eaque memoriæ mandet; hæc nomina, memoriæ tabulæ inscripta, si plantis imposita sint, sublevatur memoria, nec nova nomina generica iterum conficienda de novo, quæ memoriam onerent.

Qui studiis vitam, quam vixerunt jucundissimam, impenderunt in aliis scientiarum partibus, cum aliquid egregii præstiterint, eorum nomen rei præstitæ semper addi solet; sic in Medicis, Anatomicis, Pharmaceuticis, Chymicis, Chirurgicis &c. hinc Circulatio *Harvæana*, Glandulæ *Nuckianæ*, *Bartholinianæ*, *Peyerianæ*, *Warthonianæ*, Pancreas *Wirsungii*, Ductus *Pecquetii*, Antrum *Highmori*, Tubus *Torricellianus*, Pilulæ *Fracastorii*, *Ruffi*; *Mithridatium*, &c. Cur itaque denegabimus Botanicis omne præmium? omnes honores? omnem memoriam? O infausto sidere nata scientia absque ullo præmio! Tu sola!

Quot insulæ a suis primis hospitibus Europæis nomina non habuere? imo quarta pars orbis, a levi homunculo *Americo*, quod nullus ipsi disputaret nomen, obtinuit.

Quis neget inventori inventi partem? Quis Botanicorum clarus exstiterit, qui non, vel multas invenerit, & detexerit novas plantas (ut Plumier, referente Tournefortio, solus plus quam 900 novas species) vel artis fundamenta exstruxerit? Ab inventore tamen plantas denominare non ubique locum con-

cedit Scientia, nisi novum genus, ubi nec facile alia reperiri potest nota. Nonne itaque idem sit, sive inventori partem inventi concedam, sive ejusdem pretium?

Quid quærunt mortales in globo hocce lubrico & horario magis, obtenta supellectili ad vitam maxime necessaria, quam quod levis modo & honesta recordatio nominis, computrescente infirma nostra &, post fata, nauseosa machina, perveniat ad posteros, duretque per aliquot dies ulterius? Quot Heroes, quot Reges & Imperatores, quot Fortes & Strenui non hanc ob causam solam ingluviem furentis Bellonæ incurrerent, ut modo posteris nomen eorum esset fabula, & cum fabula memoria? cur non idem Botanicis, qui nec minora ausi sunt.

Quinam labores, quænam Scientia tædiosior & durior esset Botanica, nisi singularis aliquis & incantatus, nescio ipse qualis, amor nos sæpe in hoc studium raperet, ut plantarum amor sæpe superet amorem nostri ipsius. O bone Deus! dum aspicio fata Botanicorum, an sanos vel insanos in plantas eos dicam, hæreo profecto; exempla producam.

Ego juvenilibus in annis introeo deserta Lapponiæ, linguæ & moribus Lapponum non addictus, victito absque pane, & sale; sola aqua & carne; vitæ subeo discrimina in monte Skula, in Finmarkia, montibus glacialibus, a naufragio, inter nebulas; pedestri itinere sylvas & Alpes pertranseo, ut modo plantas legam pauperrimæ FLORÆ LAPPONICÆ.

Scheuchzerus dimittit commodam professionem, ut in Alpibus exclamaret, non omnibus volupe esse anhelos aëriosque conscendere, vel etiam superare montes, multa pati rerum, ipsius quoque sanitatis & vitæ discrimina; vincere famem, frigus, æstum, pluviam, saxa, lassitudinem: quæ omnia uno sæpe eodem-

eodemque die fuere obvia, & in itinere Alpino sese haud semel exhibuere gustanda.

Tournefortius redux gloriatur se Alpium juga, Pyrenæorum saltus, Hispaniæ recessus, Lusitaniæ ericeta, Belgii prata, & Britanniæ colles peragrasse: vix vero efflavit, antequam se beatum prædicat, quod mox potuerat, dimittere suam professionem, committere se spumanti mari, Turcis, Barbaris; milleque incurrere in discrimina, ut modo plantas legeret.

Plukenetius plantas divitiis omnibus præfert: nil parcit, ut raras modo depingat, in quas, ut fere nullus, sic arsit.

Clusius subit in itineribus difficultates, & mala omnia, ut plantas describat.

Paulli (Simon) inter lapides quærendo plantas, crurifragio se exponit.

Clutius (Augerius) per deserta vagans Barbariæ ter captus fuit, ter omni supellectili spoliatus.

Guilandinus in peregrinationibus Botanicis a piratis capitur, catenis ferreis ligatur: nec inde discessisset, nisi Fallopii ære redemtus.

Rumpfius rejicit summam sibi oblatam fortunam: incommoda subit omnia, ut Amboinæ rariora naturæ colligat, examinet, & describat, licet oculi inde cæcutiant, licet senex in atra nocte vivat ad mortem.

Barrelierus ex itineribus Botanicis asthma contrahens periit.

Michelius sero autumno instituit iter Botanicum, redditque corpus debile, pleuritidi & peripneumoniæ obnoxium, quibus accensis periit.

Cornacchinus (Horatius) gestiens videre plantas Alpium & insulæ Ilvæ, in ipsis diebus canicularibus, climate calido, accensa febre corripitur in juvenilibus annis, periit.

Rudbeckius (Ol. Pater) qui animo movebatur nunquam, videns duodecim tomos Camporum Elysiorum diu elaboratorum flamma auferri, tristatur, sensimque evanescit, & perit.

Sherardus (Guilielmus) consumens noctes diesque in elaborando Phytopinace, unde μαρασμὸν contrahens periit.

Vaillantius tempore autumnali conquærens Muscos, in tussim incidens tandem calculosam perit.

Hermannus in horto tempore hyemali sollicitus magis de plantis, quam corpore, ex itinere Africano & Zeylanico exhausto, peripneumoniam accelerat; perit.

Oldenlandus patriæ præfert raras plantas Capitis Bonæ Spei, ubi climatis insueti causa perit.

Plumier ter adit Americam, toties se bis infido Neptuno objicit, toties difficultates summas maris, climatis mutationes &c. vili facit, modo plantas colligat; nec hisce contentus, quarta vice adgreditur, perit.

Marcgravius non contentus Americanis spoliis, & Africam exhaurire tentat, ubi perit.

Lippi (Augustus) gradui Doctoratus peregrinationem in Ægyptum & Æthiopiam præfert, transfossus misere a sicariis in Abyssinia, perit.

Bannister Virginiæ perlustrans plantas, prærupta scandens, in loco lubrico titubans infelici lapsu conquassatus, perit.

Plures enumerare supersedeo, de quibus plena sunt Auctorum scripta: & quivis ipse scit, quot laboriosos dies, insomnes noctes, horas sibi ad alia necessarias, sumtus enormes impenderit, modo ut aliis inserviat,

sic

ſic vos non vobis. . . . .
ſic vos non vobis. . . . .
ſic vos non vobis. . . . .
ſic vos non vobis. . . . .

Puto itaque nil ſuperflui vobis accidere, ſi nomen veſtrum, memoriaque veſtra celebris reddatur per ea, quæ ſedulo, & ſummo cum ſudore peregiſtis. Ah! quam exiguam mercedem tantum reportat laboris, & quam acceptum munus ſit accipienti; tametſi enim veræ & genuinæ arboris vitæ, quæ ſenectutem veſtram retardaret, notitia perierit, herbæ nihilominus extant, refloreſcunt, & perenni gratitudine ſemper ſpirabunt ſuavem nominum veſtrorum memoriam, eaque marmore firmiora, Regum & Heroum diutius conſervabunt; Opes enim dilabuntur; Ædes nitidiſſimæ corruunt; Familia numeroſiſſima aliquando deficit; Civitates maximæ & Regna florentiſſima ſubverti poſſunt; at natura prius univerſa deleatur oportet, quam pereat vegetabile genus, & ignoretur ille, qui in Botanicis facem prætulerit. *Peuz.*

Heu! qualis labor ſine præmio! An vobis Amiciſſimi Botanici non arrideat, præmium quoddam in veſtra poteſtate habere, quo meritis occurrere queatis; quo egregios Viros excitare? Cur invideatis dare, quod abſque veſtro damno liceat? Si vobis inſcriptorum Botanicorum labores leves videantur, ex iſtis ſcopulis, ubi eorum præſtita fuere affixa, ea deſumere deberetis. Si quis itaque immanitate adeo Barbarus ſit, ut ipſis hæc invideat, deſtruat: ego non faciam, ſed modo, quæ mihi digna videntur, ſuadeo; veſtraque nomina ſancta habeo.

Incepere a Viris plantas nominare Hippocrates, Theophraſtus, Dioſcorides, Plinius, Juba; inſtitere Matthiolus, Cluſius, Petiver; continuarunt Plumierus,

Tournefortius, Boerhaave, Vaillant, Petitus, Ruppius, Dillenius, Pontedera, Michelius, Heisterus, Houstonus, Gronovius.

Plumier solus plura genera a Botanicis dixit, quam alii omnes: nec hæc invideo, sed longe præfero reliquis ejus barbaris omnino nomenclaturis. Dixi & *ego* plures ab Authoribus Botanicis; si me tam splendidum donum in indignum quendam abjecisse videatis, revocate justi judices, & ego revocabo; nimis enim multa uno eodemque tempore sese obtulere nova, ut facile in liberalitate nimia errare potuerim, quod ipse agnoscam: e. gr. *Thevetia*, *Thevenotia*.

Veteres quam magni denominationis honorem fecerint, patet exemplo *Euphorbiæ*, de qua Plukenetius (e Rolfinc. de purg.) Duo erant fratres Antonius Musa & Euphorbus; ille Augusti Cæsaris, hic Jubæ Mauritaniæ Regis medicus. Ille Augusto, jecinore vitiato, & ad desperationem redacto, contrariam & ancipitem medendi rationem præscribit, frigidis exterius, interius lactuca; re feliciter peracta Medico statua decreta est. Juba autem, ne suo Medico nil dedisse videretur, plantam Euphorbio dedit, deque ea integrum librum scripsit. Ubi jam *Musæ statua*? periit! evanuit! *Euphorbii* autem perdurat, perennat, nec unquam destrui potest.

In conficiendis nominibus genericis a Botanicis claris, derivatis, sequentia observanda sunt

1. Desumenda erit nomenclatura ab eo Botanici nomine, quo inclaruit, a cognomine dicto, non vero prænomine e. gr.

Erronea.

Erronea.		*Genuina.*
Castorea Pl.	dicenda	*Duranta.*
Coa Pl.	———	*Hippocratea.*
Dantia Petit.	———	*Isnardia.*
Ercsia Pl.	———	*Theophrasta.*
Guidonia Pl.		
Pittonia Pl.	———	*Tournefortia.*
Valdia Pl.	———	*Ovieda.*

Si enim a priori nomine authoris desumitur nomen plantæ, alius veniet Botanicus, qui a cognomine aliud nominat genus; ab uno viro duo diversa dicere genera ut superfluum, ita & erroneum. e. gr.

Duo ab uno.		*Alterum exclusum.*
Fagonia T. / *Guidonia* Pl.	Guidon Fagon.	*Fagonia* T. / ? *Trewia* *.
Pittonia Pl. / *Tournefortia* Pn.	Pitton Tournef.	*Tournefortia.* / *Anthospermum.*

2. Cavendum ne nomina cum aliis rebus æquivoca oriantur. e. gr.

Male.		*Bene.*
Alpina	(ab Alpibus)	*Alpinia.*
Castorea	(a Castore)	*Duranta.*
Raja	(a Pisce)	*Rajania.*

3. Facilitanda est nominis, quantum fieri potest, elocutio, ne durum, insolitum, asperum & barbarum nimis sonet. e. gr.

Durius.		*Facilius.*
Barreliera.	legatur	*Barleria.*
Hebenſtreitia.	———	*Hebenſtrettia.*
Siegesbeckia.	———	*Sigesbekia.*
Van Rheedia.	———	*Rhedia.*

4. Obſervandum, ut uniformia evadant, utque in *a* terminentur, ac ſi eſſent feminina & ſubſtantiva. e. gr.

Male.		*Bene.*
Breyniana Pt.	rectius	*Breynia* Pl.
Bontiana Pt.	———	*Bontia* Pl.
Ruyſchiana Pt.	———	*Ruyſchia.*
Bruniades Plk.	———	*Brunia.*
Lewiſanus Pt.	———	*Lewiſania.*

5. Detruncanda ſunt nomina nimis longa, ne ſeſquipedalia evadant. e. gr.

Male.		*Bene.*
Gundelsheimera	legatur	*Gundelia* T.

6. Imponenda talia nomina ſunt, ubi nulla alia nota facile ſuccurrit, nec ſynonymon dignum adeſt.

7. Juſte imponenda ſunt nomina talia, electa ſcilicet a Botanicis ſolum ſummis: hinc fiat hoc a maturioribus Botanicis, non a juvenibus vel Botanicis nuper excluſis; in his enim pruritus quidam ardet, qui in maturo viro exſtinctus eſt.

8. Aſſumenda eorum ſolum nomina, quæ antea nun-

nunquam imposita fuere generi: alias falsa evadunt hæc posteriora, & idcirco expungenda: prior enim loco, prior erit jure. e. gr.

Persistant.		*Excludantur.*
Cortusa Matth. al. ejusdem nominis	Pl.	*Thalia* *.
Cameraria Pl.	D.	*Montia* M.
Montia M.	H.	*Heliocarpos.* *
Cliffortia H. Car.	S.N.	*Kiggelaria.* *
Michelia G. Pl.	H.	*Pontederia.* *

9. Excludere unius nomen prius impositum, aliusque imponere memoriam, non rationi convenit, nisi prior loco absolute indignus sit. e. gr.

Persistat.	*Excludatur.*
Sherardia D.	*Dillenia* Hs.

10. Naturalibus generibus sunt nomina egregiorum Virorum inscribenda, ut persistant; artificialia enim & hypothetica genera tandem ad genera naturalia sua reducuntur, quibus reductis rejiciuntur & imposita nomina; hinc sequentes memoriæ rejectæ fuere per falsa genera. e. gr.

Blairia H.	est	Verbena.
Bernhardia H.	—	Croton.
Clymenum T.	—	Lathyrus.
Conringia Hs.	—	Erysimum.
Dodonæa Pl.	—	Ilex.
Gakenia Hs.	—	Cheiranthus.
Fevillea S.N.	—	Mimosa.
Jussieuia H.	—	Jatropha.

Kæmpferia H.	est	Verbena.
Laurentia M.	—	Lobelia.
Meibomia Hs.	—	Hedysarum.
Nissolia T.	—	Vicia.
Penæa Pl.	—	Polygala.
Ruyschiana B.	—	Hyssopus.
Schelhameria Hs.	—	Cheiranthus.
Sherardia V.	—	Verbena.
Volkameria H.	—	Dracocephalum.
Zanonia Pl.	—	Commelina.

11. Retinenda est memoria clari Botanici, si antea imposita generi artificiali, postquam hoc artificiale genus conjunctum fuit cum naturali, si nullum synonymon antiquius dignum sit. e. gr.

Cardinalis *Rv.*	Lobelia	F. B. 231.
Rapuntium *T.*		F. B. 227.
Lobelia *Pl.*		F. B. 238.
Dortmanna *Rd.*		F. B. 237. 244.
Laurentia *M.*		F. B 236.
Periclymenum *T.*	Lonicera	F. B. 225.
Caprifolium *T.*		F. B. 222.
Xylosteum *T.*		F. B. 232.
Chamæcerasus *T.*		F. B. 225.
Lonicera *Pl.*		F. B. 238.

Memoriæ Clarorum Botanicorum plantis inscriptæ mihi sanctæ sunt omnes: sanctæ & erint omnibus, qui rem herbariam amant & colunt. Claros ex operibus noverit unusquisque, quidque singulus præstiterit, omnibus in aprico est. Ab horum numero Martyres Botanices non excludo, licet fato præventi sua publici juris non fecerint, uti Bannister, Houstonus, Lippi,

Lippi, Oldenlandus. Artedi, Cornacchinus; nec ab his exceptos volo Peregrinatores, qui diſſitas terras Botanices cauſſa adiere; uti Surianus, Sarracenus, Clutius &c. En Clarorum memorias. α.

Vivos excitare Viros, aptoſque ſtimulos addere, dum immortali gloria nomina plantis eorum inſcribuntur, receptum a Tournefortio & Plumiero. Ego continuavi. Sic Garidellam Tournefortius dixit ante editum opus Garidelli. Quos nos, quos alii aptos exclamavere, vide lit. β.

Horum nomina perſiſtant dum vivunt, poſt fata eorum Boni auxiliatrices operi addant manus, a quo ſi ſe ſubducunt, injuſtos dicerem omnes, qui horum nomina ſervant plantis inſcripta.

De mortuorum ante præſtita præſtanda nomina propono lit. γ. quum iſta nuda ex gratia perſiſtant, quæque excludi poſſunt a quocunque; fuere infiniti plures docti Botanici, qui, dum doctiores videri voluere, aſcriptis publicandis abſtinuere, ne cum obſervationibus & ſuam doctrinam, credita inferiorem, proderent; hi ſibi docti a nobis præmium non obtineant.

α. *Memoria Clarorum Botanicorum.*

PLANTA.		VIRI NOMEN.	NATIO.	INCLARUIT.
Ægineta	*	Ægineta *Paul.*		
Alpinia	Pl.	Alpinus *Proſp.*	Italus.	1592
Ammannia	H.	Ammannus *Paul.*	German.	1676
Artedia	*	Artedi *Petr.*	Succus.	1735
Averrhoa	*	Averrhoës.	Arabs.	1149
Avicennia	*	Avicenna. . . .	Perſa.	
Banniſteria	H.	Banniſter *Job.*	Anglus.	1680
Barleria	Pl.	Barrelierus *Jac.*	Gallus.	1714
Bauhinia	Pl.	Bauhinus *Caſp.*	Helvetus.	1596
. . . . .		——— *Job.*	Helvetus.	1591

Bellonia

PLANTA.		VIRI NOMEN.	NATIO.	INCLARUIT.
Bellonia	Pl.	Bellonius *Petr.*	Gallus.	1553
Besleria	*	Besserus *Basil.*	Germ.	1613
Blairia	*	Blair *Patr.*	Anglus.	1718
Bocconia	Pl.	Boccone *Paul.*	Italus	1674
Boerhaavia	V.	Boerhaave *Herm.*	Belga.	1710
Bontia	Pl.	Bontius *Jac.*	Belga.	1658
Breynia	Pl.	Breynius *Jac.*	Brabant.	1658
Bromelia	Pl.	Bromelius *Ol.*	Suecus.	1694
Brossæa	Pl.	Brossæus *Joh.*	Gallus.	1633
Browallia	*	Browallius *Joh.*	Suecus.	1737
Brunsfelsia	Pl.	Brunsfelsius *Ott.*	Germ.	1530
Burmannia	*	Burmannus *Joh.*	Belga.	1737
Cæsalpinia	Pl.	Cæsalpinus *And.*	Italus.	1583
Camellia	*	Camellus *Jos.*	Anglus.	1700
Cameraria	Pl.	Camerarius *Joach.*	Germ.	1586
Catesbæa	Gr.	Catesby *Marc.*	Anglus.	1731
Celsia	*	Celsius *Ol.*	Suecus.	1732
Chomelia	*	Chomel . . .	Gallus.	1696
Clusia	Pl.	Clusius *Car.*	Belga.	1560
Clutia	B.	Clutius *Aug.*	Belga.	1634
Columnea	Pl.	Columna *Fab.*	Italus.	1592
Commelina	Pl.	Commelinus *Joh.*	Belga.	1683
- - - - - -	-	——————— *Casp.*	Belga.	1696
Cornutia	Pl.	Cornutus *Jac.*	Gallus.	1635
Cortusa	B.	Cortusus *Jac.*	Italus.	1591
Cordia	Pl.	Cordus *Val.*	Germ.	1535
Crateva	*	Cratevas. . . .	Græcus.	
Crescentia	*	Crescentius *Pet.*	Italus.	1473
Cupania	Pl.	Cupanus *Jac.*	Italus.	1696
Dalea	*	Dale *Sam.*	Anglus.	1693
Dalechampia	Pl.	Dalechampius *Jac.*	Gallus.	1554
Dillenia	*	Dillenius *Jo. Jac.*	Germ.	1719
Dodartia	T.	Dodart *Dionys.*	Gallus.	1679
Dodonæa	Pl.	Dodonæus *Remb.*	Belga.	1552
Dorstenia	Pl.	Dorstenius *Theod.*	Germ.	1540
Duranta	*	Durantes *Castor.*	Italus.	1585
Fagonia	T.	Fagon *Guidon.*	Gallus.	1666
Feuillea	*	Feuille *Ludov.*	Gallus.	1714
Frankenia	*	Frankenius *Joh.*	Suecus.	1649
Fuchsia	Pl.	Fuchsius *Leonh.*	Germ.	1542
Galenia	*	Galenus *Claud.*	Asiaticus.	
Garidella	T.	Garidel *Petr.*	Gallus.	1717
Gesneria	Pl.	Gesnerus *Conr.*	Helvetus.	1541
Gerardia	Pl.	Gerardus *Joh.*	Anglus.	1597

PLANTA.		VIRI NOMEN.	NATIO.	INCLARUIT.
Grewia	*	Grew *Nehem.*	Anglus.	1672
Grislea	*	Grisley *Gabr.*	Lusitan.	1660
Gronovia	H.	Gronovius *Jo. Fr.*	Belga.	1715
Guilandina	*	Guilandinus *Melch.*	Italus.	1558
Hebenstrettia	*	Hebenstreit *Jo. Ern.*	Germ.	1731
Heisteria	*	Heisterus *Laur.*	Germ.	1730
Hermannia	T.	Hermannus *Paul.*	Germ.	1687
Hernandia	Pl.	Hernandez *Franc.*	Hispan.	1649
Heuchera	*	Heucherus *Joh.*	Germ.	1711
Hippocratea	*	Hippocrates *Cous.*	Græcus.	
Hottonia	B.	Hotton *Petr.*	Belga.	1695
Houstonia	Gr.	Houstonus *Wil.*	Anglus.	
Isnardia	*	d'Isnard *Dantius.*	Gallus.	
Jungermannia	Rp.	Jungermannus *Lud.*	Germ.	1615
Jussieuia	*	Jussieu *Fratres tres.*	Galli.	1714
Kæmpferia	*	Kæmpferus *Eng.*	Germ.	1712
Kiggelaria	*	Kiggelarius *Franc.*	Belga.	1690
Klenia	*	Klein *J. Thom.*	Germ.	1730
Knautia	*	Knaut *Christoph.*	Germ.	1687
- - - - -		——— *Christian.*	Germ.	1705
Lawsonia	*	Lawson *Isac.*	*Scotus.*	
Linnæa	Gr.	Linnæus *Car.*	Suecus.	1732
Lippia	H.	Lippi *Aug.*	Gallus.	
Lobelia	Pl.	Lobelius *Matth.*	Flandrus.	1570
Loeselia	*	Loeselius *Joh.*	Germ.	1655
Lonicera	Pl.	Lonicerus *Joh.*	Germ.	1551
Magnolia	Pl.	Magnol *Petr.*	Gallus.	1686
Malpighia	Pl.	Malpighius *Marc.*	Italus.	1675
Maranta	Pl.	Maranta *Bartol.*	Italus.	1559
Marchantia		Marchantius.	Gallus.	
Marcgravia	Pl.	Marcgravius *Georg.*	Germ.	1648
Marsilea	M.	Marsilius *Aloys.*	Italus.	1714
Martynia	H.	Martyn *Joh.*	Anglus.	1726
Matthiola	Pl.	Matthiolus *Petr. And.*	Italus.	1550
Mentzelia	Pl.	Mentzelius *Christ.*	Germ.	1682
Michelia	*	Michelius *Petr. Ant.*	Italus.	1720
Milleria	H.	Millerus *Phil.*	Anglus.	1730
Monarda	*	Monardes *Nic.*	Hispan.	1574
Montia	M.	Montius *Joseph.*	Italus.	1719
Morisona	Pl.	Morisonus *Robert.*	Anglus.	1669
Muntingia	Pl.	Muntingius *Abr.*	Belga.	1680
Musa	*	Musa *Ant.*	Romanus.	
Oldenlandia	Pl.	Oldenlandus *H. Bern.*	Danus.	
Ovieda	*	Oviedus *de Valde.*	Hispan.	1556

Par-

PLANTA.		VIRI NOMEN.	NATIO.	INCLARUIT.
Parkinsonia	Pl.	Parkinsonus *Joh.*	Anglus.	1629
Pavia	B.	Pavius *Petr.*	Belga.	1601
Paullinia	*	Paulli *Simon.*	Danus.	1639
Penæa	*	Pena *Petrus.*	Gallus.	1571
Petiveria	Pl.	Petiverus *Jacob.*	Anglus.	1695
Pisonia	Pl.	Piso *Guilielm.*	Belga.	1648
Plinia	Pl.	Plinius *secundus.*	Romanus.	
Plukenetia	Pl.	Plukenetius *Leonh.*	Anglus.	1691
Plumieria	T.	Plumierus *Carol.*	Gallus.	1693
Pontederia	*	Pontedera *Jul.*	Italus.	1718
Rajania	*	Rajus *Johan.*	Anglus.	1660
Randia	H.	Randius *Isac.*	Anglus.	1730
Rauwolfia	Pl.	Rauwolfius *Leonh.*	Germ.	1582
Renealmia	Pl.	Renealme *Paul.*	Gallus.	1611
Rheedia	*	Rheede *v. Drakenstein.*	Belga.	1678
Rivina	Pl.	Rivinus *Aug. Quir.*	Germ.	1690
Robinia	*	Robinus *Joh.*	Gallus.	1601
Royena	*	Royen *Adr. van*	Belga.	1728
Rudbeckia	*	Rudbeckius *Ol.*	Suecus.	1658
Ruellia	Pl.	Ruellius *Joh.*	Helvetus.	1536
Ruppia	*	Ruppius *Henr. Bernh.*	Germ.	1718
Sarracena	*	Sarracenus.	Gallus.	
Scheuchzeria	*	Scheuchzerus *Joh. Jac.*	Helvetus.	1702
- - - - -		——— ——— *Johan.*	Helvetus.	1708
Sherardia	D.	Sherardus *Guilielm*	Anglus.	
Sibbaldia	*	Sibbaldus *Robert.*	Anglus.	1684
Sigesbeckia	*	Siegesbeckius *Joh. Geo.*	Germ.	1736
Sloana	Pl.	Sloane *Janus.*	Anglus.	1696
Spigelia	*	Spigelius *Andr.*	Germ.	1606
Stapelia	*	à Stapel *Bodæus.*	Belga.	1644
Suriana	Pl.	Surianus *Jos Don.*	Gallus.	
Swertia	*	Swertius *Eman.*	Belga.	1612
Thalia	*	Thalius *Joh.*	Germ.	1588
Theophrasta	*	Theophrastus *Eresius.*	Græcus.	
Tillæa	M.	Tillius *Mich. Aug.*	Italus.	1723
Tillandsia	*	Tillandsius *Johan.*	Suecus.	1673
Tournefortia	*	Tournefortius *Jos. Pitt.*	Gallus.	1694
Tabernæmontana	Pl.	Tabernæmont. *Jac. Th.*	Germ.	1588
Tradescantia	Rp.	Tradescantius *Joh.*	Anglus.	
Tragia	Pl.	Bock s. Tragus *Hier.*	Germ.	1552
Triumfetta	Pl.	Triumfettus *Jo. Bapt.*	Italus.	1685
Turnera	Pl.	Turnerus *Guilielm.*	Anglus.	1544
Valantia	T.	Vaillantius *Sebast.*	Gallus.	1718
Vateria	*	Vaterus *Abrah.*	Germ.	1722

Val-

PLANTA.	VIRI NOMEN.	NATIO.	INCLARUIT.
Vallisneria.	Vallisnerius *Anton.*	Italus.	
Volkameria.	Volkamerus *J. Georg.*	Germ.	1700
Waltheria.	Waltherus *Aug. Frid.*	Germ.	1735
Ximenia.	Ximenes *Francisc.*	Hispan.	1615
Zannichellia.	Zannichellus *Joh. Hier.*	Italus.	1714
Zanonia.	Zanonus *Jacob.*	Italus.	1652

β. Viventium, e quibus insignia artis ornamenta maxime speranda.

Garcinia.
Hugonia.
Justicia.
Richardia.
Schwalbea.
Targionia.
Trewia.

γ. Demortuorum, ante præstita præstanda, quantum ad nostram pervenit notitiam.

Budleja.
Gundelia.
Lavatera.
Linckia.
Morina.
Pereskia.
Rondeletia.

239. *Nomina Generica, quæ* citra noxam *Botanices imposita sunt, cæteris paribus, tolerari debent.*

Nomina Generica plurima sunt a Patribus Botanices ante secula imposita, per secula deinde plura recepta & usitata, quorum derivationes, origines, & radices æque nos latent, ac quibusnam plantis primitus fuerunt imposita: nihilominus hæc in Botanicis tamdiu trita retinenda puto, ni totalem scientiæ reformationem introducamus: hæc enim nomina in Republica Botanica valent, & valebunt, ut nummi ex consensu dantis & accipientis, modo nullam cum aliis pariant confusionem; modo non nimis absurda per se sint.

Recentiori ævo confecta nomina etiam perferam, modo nec hæc absurda sint, cum sperare fas non sit, quod nomina omnia notam essentialem plantæ gerant.

Conclusimus itaque omnia toleranda esse nomina, quæ non repugnant regulis datis §. 214.-217. 220.-236. 249. 250. cum nulla alia observare potuimus erronea; si vero quis de pluribus errandi methodis nos commonefaciat, instruat, convincat, nunquam nomina falsa defendemus, nec si vel nostra ipsa talia essent: quam diu enim lex non est posita, tamdiu nullum peccatum, nisi naturale.

Sequentia excludere itaque non licet, quod ego eorum derivationes ignorem: forte alius sciat, quæ ego non.

Celtis.	Muscus.	Soldanella.	Tinus.
Filix.	Opulus.	Tamus.	Ulmus.
Ilex.	Ophrys.	Tilia.	

240.

240. *Nomina Generica, quæ* Characterem *essentialem, vel* faciem *plantæ exhibent, optima sunt.*

Dantur etiam inter nomina Botanica æque gradus præstantiæ, ac unquam debilitatis, dum inter ea, quæ selectiora, alia bona, alia optima existant.

Optimorum nominum diagnosis est, quod planta manum offerat nomini, nomenque manu plantam excipiat: connexis inde tam arcte, ut vix separari queant; certe non debeant. Exempli loco sint Heliocarpus, Helianthus, Hippocrepis.

HELIOCARPUS seu *Fructus solaris.* Quis viderit unquam fructum plantæ subrotundum, margine longitudinaliter cincto radiis radiatis, cui non succurrat idea Solis, ex conceptu pictorum; hæc idea combinata semel cum nomine Heliocarpus, ita conjungitur, ut planta, vel nomen occurrat nunquam, quin & alterius succurrat idea.

HELIANTHUS seu *Flos solis.* Quis aspiciet plantam florentem, cujus magni flores aurei undique radios emittunt ex disco orbiculato, quin admiretur speciosissimum florem ex Solis figura; ex qua admiratione mox menti occurrit nomen, ut &, ex nomine solo viso, admirata floris idea.

HIPPOCREPIS seu *Solea equina.* Quis viderit soleam ferream equorum, qui non a primo intuitu fructum ferentis plantæ non exclamabit admirabilem istam similitudinem fructus cum solea equina; Quis unquam admirabitur nominis rationem, qui unquam

viderit plantam. Hæc nomina dextram plantæ porrigunt; Hæ plantæ dextram nomini porrigunt. Hæc optima omnium ſtatuo, ſi cum ſpeciebus generis omnibus conveniant.

Meliora iis nulla cenſemus, quam quæ notam aliquam fructificationis eſſentialem generis in ſe continent: character eſſentialis unica iſta nota genus ſuum ab omnibus in univerſum aliis diſtinguit. F. B. 187.

Bona & laude omni digna ſunt nomina, quæ aliquid ſingulare e facie plantarum petitum exhibent, modo cum alio nullo commune ſit genere.

Hæ notæ omnes ſi applicantur propriæ parti in nomine, eo clariora inde evadunt & perfectiora. *Phyſalis*, a veſica, eſt bonum nomen: ſi vero conjuncta fuiſſet hæc veſicæ idea cum appropriata parte plantæ, calyce ſcilicet, longe melius evaſiſſet.

Veteres rarius ſelecta talia nomina reliquere, cum genera noſtra ad magnam partem, certe ex noſtro conceptu, ignorarunt.

α. a *Flore*.

Cephalanthus.
Cheiranthus.
Chionanthus.
Galanthus.
Hæmanthus.
Helianthus.
Melianthus.
Phyllanthus.
Rhinanthus.
Scleranthus.
* Achyranthes.
Aphyllanthes.
Nyctanthes.
Polianthes.
Trichoſanthes.

β. a *Fructu*.

Heliocarpus.
Conocarpus.

γ. a *Seminibus*.

Cardioſpermum.
Coriſpermum.
Oſteoſpermum.

Litho-

Lithoſpermum.
Meniſpermum.

δ. a *Foliis.*

Calophyllum.
Ceratophyllum.
Chryſophyllum.
Hydrophyllum.
Podophyllum.
Zygophyllum.

ε. a *Similitudine.*

* Alopecurus.
Cynoſurus.
Hippuris.
Lagurus.
Leonurus.
Myoſurus.
Saururus.
Scorpiurus.
* Elephantopus.
Ornithopus.
Lycopus.
Lycopodium.
Ægopodium.
* Hippocrepis.
* Dracocephalum.
Bucephalum.
* Tragopogon.
Arctotis.
Myoſotis.
Echinops.
Coreopſis.
Galeopſis.
Lycopſis.

ζ. a *Variis.*

Anaſtatica.
Anacyclus.
Anacardium.
Biſcutella.
Clypeola.
Droſera.
Phyſalis.
Rhizophora.
Sideroxylum.
Tribulus.
Triglochin.

241. *Nomina Generica* Patrum *Botanices, Græca vel Latina, si bona sint, retineri debent, ut etiam* usitatissima *&* officinalia.

Cum hac nostra consentit ista regula RAJI: *Quam minimum fieri potest innovandum, neque mutanda nomina communi usu recepta, & in Medicorum scriptis frequentata, eorumque significationes ad confusiones & errores vitandum; norunt in historia plantarum vel mediocriter versati, quantas in eadem tenebras, quantam incertitudinem nominum multiplicatio introduxerit.*

Non itaque decet Veterum Usitatissima & Officinalia nomina excludere, licet meliora in eorum locum surrogarentur, ni introducenda essentialem continerent characterem: forte & vix talia; persistant itaque, modo per se erronea non sint, uti §. 212--217; 221--233. 249. 250. quod si vero absurda sint, nec apud me, nec alios asylum reperiant.

Sub Patrum in Botanicis nomine hic intellectos volo Græcos & Romanos, *Theophrastum* scilicet, *Dioscoridem*, *Plinium* &c. minime vero Asiaticos, vel Arabes: horum enim nomina Barbara nobis sunt (F. B. 229.), illorum vero nobis accepta, cum prima illi artis nostræ fundamenta posuere: tumque tanta nominum copia introducta, ab eo tempore omni ævo frequentata in Botanicorum scriptis, atque in Officinis recepta, ut absque innovatione totius scientiæ dimitti nequeant.

Offi-

Officinalia nomina ad maximam partem, certe quæ Veteribus nota, a tribus Hiſce confecta ſunt, ideoque retinenda; minime autem recentiori ævo introducta ex Indiis cum ſimplicibus Barbara nomina; hæc enim ut barbara, barbare tractari debent.

Siſto itaque hic elenchum nominum ſelectorum, a Veteribus datorum, excluſis iſtis, quæ regulis datis repugnant: huncque elenchum quidem duplicem; priorem ſcilicet nominum Græcorum Dioſcoridis, & Theophraſti, poſteriorem nominum Latinorum Plinii & aliorum.

α. GRÆCA,

Quæ apud Dioſcoridem, & alios Græcos, præſertim Theophraſtum (Th.) obvia ſunt.

Abrotanum.
Abſinthium.
Acanthus.
Acarna Th.
Achillea.
Aconitum.
Acorus.
Actæa.
Andrachne.
Adianthum.
Agroſtis.
Agaricum.
Ageratum.
Aira.
Aizoon.
Aliſma.
Aloë.
Alſine.
Althæa.
Alcea.
Alopecurus *Th.*
Alyſſum.
Alypum.
Ambroſia.
Amaranthus.
Amomum.
Ammi.
Amygdalus.
Anagallis.
Anagyris.
Anethum.
Anemone.
Androſace.
Anchuſa.
Aniſum.
Anthyllis.

Anthemis.
Antirrhinum.
Aparine.
Apocynum.
Aphaca.
Arctium.
Argemone.
Arum.
Aristolochia.
Arachum *Th.*
Artemisia.
Asarum.
Asclepias.
Ascyrum.
Asparagus.
Asphodelus.
Asplenium.
Aster.
Astragalus.
Atractylis.
Atraphaxis.

Ballota.
Blitum.
Borassus.
Botrys.
Bromus.
Bryum.
Bryonia.
Bulbine *Th.*
Bunias.
Buphthalmum.
Butomus *Th.*

Cachrys.
Cacalia.
Canna.
Cannabis.
Capparis.
Capsicum.
Capnus.
Caryophyllus *Æg.*
Cassia.
Castanea.
Caucalis.
Catananche.
Cerinthe *Pl.*
Ceratonia *Gal.*
Celastrus *Th.*
Cedrus.
Cerasus *Th.*
Centaurium.
Cercis *Th.*
Chironium.
Chelidonium.
Chrysogonum.
Chrysanthemum.
Chrysobalanus *Gal.*
Chrysocome.
Chondrilla.
Chærophyllum.
Cichorium.
Cirsium.
Cistus.
Clethra.
Clematis.
Clinopodium.

Cly-

Clymenum.
Cnicus.
Cneorum *Th.*
Colchicum.
Costus.
Colutea *Th.*
Corchorus *Th.*
Comarum *Apul.*
Corallium.
Coronopus.
Coriannum.
Corypha *Gal.*
Conyza.
Conium.
Cratægus *Th.*
Crambe.
Crithmum.
Crinum.
Crocus.
Croton.
Cyanus Pl.
Cyclamen.
Cynoglossum.
Cyperus *Th.*
Cytisus.
Cyminum.

Daphne.
Damasonium.
Daucus.
Delphinium.
Diosanthos *Th.*
Dipsacus.
Dictamnus.
Dolichos *Th.*
Dorycnium.
Draba.
Drypis.

Echium.
Ebenus.
Elatine.
Empetrum.
Epimedium.
Erica.
Erigerum.
Eriophorum *Th.*
Eryngium.
Erythronium.
Erysimum.
Eupatorium.
Euphorbium.
Euonymus *Th.*

Galiopsis.
Gallium.
Geum *Pl.*
Geranium.
Gentiana.
Glaux.
Glycyrrhiza.
Gnaphalium.
Gomphrena *Pl.*

Halimus.
Helenium.

Helichrysum.
Heliotropium.
Helleborus.
Helxine.
Heracleum.
Hedysarum.
Hemerocallis.
Hibiscus.
Hieracium.
Hippomane.
Hippophaës.
Hippuris.
Holosteum.
Horminum.
Hyacinthus.
Hypericum.
Hypecoum.
Hyssopus.
Hyoscyamus.
Hydnum.

Jasione *Th.*
Iberis.
Iris.
Isatis.

Lampsana.
Lathyrus.
Lepidium.
Ledum.
Leucojum.
Lemna *Th.*
Lichen.
Lithospermum.
Linum.
Lonchitis.
Lotus.
Lythrum *Th.*
Lysimachia.
Lycium.
Lycopsis.
Lychnis.

Mandragora.
Marum.
Melia.
Melanthium.
Melampyrum *Th.*
Mintha.
Morus.
Moly.
Myosotis.
Myrica.
Myriophyllum.
Myrrhis.
Myrsine.
Myagrum.
Myxa *Æg.*

Narcissus.
Nardus.
Neottia *Th.*
Nerium.
Nymphæa.

Ocymum.

Ochrus.

Ochrus.
Oenothera.
Oenanthe.
Ononis.
Onobrychis.
Origanum.
Ornithogalum.
Orobanche.
Orobus.
Oryza.
Ostrya *Th.*
Osyris.
Othonna.

Pæonia.
Pæderota *Paus.*
Panax.
Paliurus.
Pancratium.
Parthenium.
Peplis.
Petasites.
Pepo.
Peganum.
Peucedanum.
Phasiolus.
Phleum *Th.*
Phoenix.
Phlox *Th.*
Phlomis.
Phillyrea.
Phyllum.
Phyteuma.

Piper.
Picris.
Pistacia.
Platanus.
Poa *Th.*
Polygonum.
Polytrichum.
Polypodium.
Polygalum.
Polium.
Potamogeton.
Poterium.
Polemonium.
Prunus *Th.*
Prasium.
Psyllium.
Ptelea.
Pteris.
Pyrethrum.

Raphanis.
Rhamnus.
Rheum.
Rhus.

Saccharum.
Satyrium.
Selinum.
Seseli.
Sesamum.
Scordium.
Scolymus.
Schinus.

Schoenus.
Scandix.
Scilla.
Sida *Th.*
Sideritis.
Sinapi.
Silybum.
Sisymbrium.
Sium.
Sison.
Silphium.
Sisyrinchium *Th.*
Smilax.
Smyrnium.
Sonchus.
Spiræa *Th.*
Sparganium.
Spongus.
Stachys.
Stoebe.
Stratiotes.
Styrax.
Symphytum.

Teucrium.
Telephium.
Tetragonia *Th.*
Thalictrum.
Thlaspi.
Thymus.
Thymbra.
Thya *Th.*
Tordylium.
Tragopogon.
Triphyllum.
Tribulus.
Trionum *Th.*
Trichomanes.
Tripolium.
Typha.

Xanthium.
Xyris.

Zea.
Zingiber.

β. LATINA,

Quæ apud Plinium, & alios Romanos occurrunt.

Abies.
Acer.
Ajuga.
Alaternus.
Alnus.

Elate.
Sphendamnus.
Chamæpitys.
Philyca.
Clethra.

Allium.	*Scorodum.*
Alchemilla.	
Alga.	*Phucus.*
Amellus *Virg.*	
Apium.	*Selinum.*
Aquilegia.	*Isopyrum.*
Arundo.	*Calamus.*
Aruncus.	
Arbutus.	*Comarus.*
Asperugo.	
Atriplex.	*Atraphaxis.*
Avena.	*Bromus.*
Beta.	*Teutlum.*
Betula.	*Samyda.*
Betonica.	
Bellis.	
Bistorta.	
Boletus.	
Borrago.	*Echium.*
Buxus.	*Pyxus.*
Calla *Pl.*	
Caltha.	
Carduus.	*Acanthus.*
Carex.	
Carpinus.	*Ostrys.*
Carica.	
Cepa.	*Crommyum.*
Centunculus.	
Cicer.	*Erebinthus.*
Cicuta.	*Conium.*

Citrus.

Citrus.	*Medica.*
Consolida.	
Cornus.	*Crania.*
Cuscuta.	*Cassytha.*
Cucumis.	*Cicyos.*
Cucurbita.	*Colocynthis.*
Cunila.	
Cupressus.	*Cyparissus.*
Euphrasia.	*Euphrosyne.*
Equiselis.	*Hippuris.*
Esculus.	*Phagus.*
Ervum.	*Orobus.*
Faba.	*Cyamus.*
Fagus.	*Oxya.*
Ferula.	*Nardex.*
Ficus.	*Syca.*
Filix.	*Pteris.*
Fœniculum.	*Marathrum.*
Fragum.	*Comarum.*
Fraxinus.	*Melia.*
Fucus.	*Phycus.*
Fungus.	*Mylas.*
Fumaria.	*Capnus.*
Gramen.	*Agrostis.*
Genista.	
Hedera.	*Cissus.*
Hesperis.	
Hordeum.	*Critha.*

Jacea.

Jacea.	
Ilex.	*Prinus.*
Juncus.	*Schoenus.*
Juniperus.	*Arceuthus.*
Juglans.	*Carya.*
Lamium.	*Galiopsis.*
Lactuca.	*Tridax.*
Lavendula.	*Iphium.*
Laurus.	*Daphne.*
Lens.	*Phaca.*
Lilium.	*Lirium.*
Liguſtrum.	*Cyprus.*
Lolium.	*Aira.*
Lupinus.	*Thermis.*
Malva.	*Malache.*
Meliſſa.	*Meliſophyllum.*
Melittis *Pl.*	
Mercurialis.	*Linoſoſtis.*
Milium.	*Cenchrus.*
Mollugo.	
Myrtus.	*Myrſine.*
Napus.	*Bunias.*
Naſturtium.	*Cardamum.*
Nigella.	*Melanthium.*
Olea.	*Elæa.*
Ornus.	*Phſtinix.*
Panicum.	*Elymus.*
Paſtinaca.	*Daucus.*

Papaver.

Papaver.	*Mecon.*
Palma.	*Phoenix.*
Pilosella.	
Pisum.	
Pinus.	*Pitys, Peuce.*
Plantago.	*Arnoglossum.*
Porrum.	*Prasum.*
Populus.	*Ægerus.*
Potentilla.	
Portulaca.	*Andrachne.*
Pulegium.	*Glechon.*
Pyrus.	*Apius.*
Quercus.	*Drys.*
Rapa.	*Gongyla.*
Ranunculus.	*Batrachium.*
Reseda.	*Erythrodanum.*
Rosa.	*Rhodum.*
Rubus.	*Batus.*
Rubia.	*Erythrodanum.*
Ruta.	*Peganum.*
Sabina.	*Brathys.*
Salvia.	*Elelisphacum.*
Salix.	*Itea.*
Sanicula.	
Sambucus.	*Acte.*
Satureja.	*Thymbra.*
Sentis.	
Secale.	
Sedum.	*Aizoon.*
Senecio.	*Erigerum.*
Serpillum.	*Erpyllum.*

Selago.

Selago.	
Securidaca.	*Hedysarum.*
Solanum.	*Strychnus.*
Soldanella.	
Sorbus.	*Oue.*
Taxus.	*Milus.*
Tilia.	*Philyra.*
Tormentilla.	
Triticum.	*Pyrus.*
Tussilago.	*Becchium.*
Valeriana.	*Nardus.*
Vaccinium.	
Verbena.	*Peristerona.*
Verbascum.	*Phlomus.*
Vicia.	*Aphaca.*
Vitis.	*Ampelus.*
Vitex.	*Agnus.*
Viscum.	*Ixia.*
Viola.	*Jum.*
Viburnum.	
Ulmus.	*Ptelea.*
Ulva.	
Urtica.	*Acalypha.*
Ulex.	

242. *Nomen Genericum* Antiquum *antiquo generi convenit.*

Si genus a longo retro tempore cognitum, & vel ipsi vulgo notissimum, absolute erroneum nomen gereret, expungatur: attamen discedentis locum non occupet novum aliquod, singulare & inadsuetum nomen; sapit enim hæc innovatio, præsertim apud vulgum, fastidium, imo si vel essentialem foveret notam. Potius itaque duco, antiquum quoddam, æque ac genus omnibus notum, surrogare in prioris locum, modo tale superfluum sit; & si tale inter hujus synonyma non obtineatur, ad maxime affinis & proximæ plantæ synonyma confugiendum.

Opuntiæ verbo excusso in notissima hocce ævo Americanarum plantarum familia, facile fuerat nomen quoddam, essentiali superbiens nota, excogitare in hisce plantis, ab omnibus aliis toto cælo adeo diversis, tum quod ad maximam partem foliis destituantur hæc, tum &, quod fere omnes aculeis horreant; nolui hanc innovationem, ne vulgo displicerem: assumsi itaque *Cactum*, synonymon, antiquissimum, vulgatissimum, vacuum, quodque nomen a Veteribus plantæ aculeatæ nunquam non fuit adscriptum.

Si nomen dudum receptum, ob causas sonticas perdurare nequeat, allaborandum ad minimum, ut novum nomen sonum antiqui præ se ferat: tum enim nomini proscripto adsueti, solo sono nominis recepti mox ideam cum priori junctam revocabunt in memoriam, imo vix percipient mutationem ullam. e. gr.

Par-

Parnassia, *Convallaria*, *Cheiranthus:* loco *Graminis Parnassi*, *Lilii convallium*, *Keiri*.

Schema itaque sisto antiquorum nominum, metamorphosin quæ admiserunt; ex quo, quot modis hunc sonum conservare adgressus sum, cuique constabit. Singulo antiquo nomini numerum addidi ex *Fundamentis Botanicis* desumtum, qui collatus cum consimili paragrapho, tradit rationem cur exclusum fuerit antiquum.

Pejora.	Meliora.
α. *Metamorphosis a Latina in Græcam.*	
Dens leonis	*Leontodon.*
Ferrum equinum	*Hippocrepis.*
Nidus leporis	*Lagœcia.*
β. *Transformatio sensualis.*	
Acacia *Robini*	*Robinia.*
Gramen *Parnassi*	*Parnassia.*
Jan-Raja	*Ra-jania.*
Keiri	*Cheiranthus.*
Lilium *convallium*	*Convallaria.*
Mammei	*Mammea.*
γ. *Transformatio Caudæ.*	
Achyracantha	*Achyranthes.*
Arctotheca	*Arctotis.*
Echinopus	*Echinops.*
Scorpioides	*Scorpiurus.*

δ. *Inflexio Caudæ.*

Mitra	*Mitreola.*
Molucca	*Moluccella.*
Patagonica	*Patagonula.*
Rhodia	*Rhodiola.*
Clitorius	*Clitoria.*
Centaurium	*Centauria.*
Euphorbium	*Euphorbia.*
Ornithopodium	*Ornithopus.*
Helianthemum	*Helianthus.*

ε. *Detruncatio Caudæ.*

Staphyl*odendron*	*Staphylæa.*
Calophyll*odendron*	*Calophyllum.*
Leont*opelalon*	*Leontice.*
Tetragon*ocarpus*	*Tetragonia.*
Helenia*ſtrum*	*Helenia.*
Parthenia*ſtrum*	*Parthenium.*
Arachi*dna*	*Arachis.*
Sicyo*ides*	*Sicyos.*

ζ. *Detruncatio Capitis.*

*Oreo*ſelinum	*Selinum.*
*Melo*cactus	*Cactus.*
*Ana*podophyllum	*Podophyllum.*
*Hydro*ceratophyllum	*Ceratophyllum.*

η. *Detruncatio Umbilici.*

Ana*ntho*cyclus	*Anacyclus.*
Tam*n*us	*Tamus*

243. *Nomen Genericum dignum, alio licet aptiore*, permutare *non licet.*

Si genus aliquod constitutum, nomenque generi impositum sit, debet hoc nomen persistere (modo non absurdum,) nec novis, licet melioribus, permutari; alioquin nunquam fixa & certa fierent nomina: dies enim semper diem docet, & inventis inventa addere facilis res est.

Moly Homeri (a Mercurio Ulyssi exhibitum, cujus antidoto a Circes metamorphosi immutabilis persisteret) sive fabula fuerit, sive alicui plantæ adsignatum, retineret Allii ista species, Moly dicta, nomen hoc (modo distinctum esset, ut Ruppio placuerat, genus) ex consensu antiquitatis; nec, si vel luce meridiana clarius adhuc demonstraret *Trillerus* Veterum Moly fuisse *Helleborum*, eam ob causam suum dimitteret Helleborus nomen, & assumeret Moly.

Vaccinium retineo in Genere 313, si vel mille interpretes posthac Vaccinia *Virgilii* demonstrarent fuisse baccas *Ligustri*.

Leucoium duplex *Dioscoridi* est, alterum impositum Generi 290, alterum vero Generi 537. Sequitur itaque *F. B.* 217. quod altero loco excludendum sit, altero vero retinendum; nullam rationem video cur Genus 537. sibi hoc nomen attribuat magis, quam Gen. 290. licet Tournefortio placuerit Leucoii nomen illi concedere. *Theophrastus* unicum Leucoium nominat, quod Generis 290. videtur: hinc dico, quod Leucoium persistat in Genere 290, non vero in Genere 537. prius enim quod tempore, prius erit loco.

Nisi pro principio agnosceretur, quod nomen prius impositum præferendum esset recentiori: hoc certe ævo longe major controversia oriretur de nominibus, dum quivis secundum suum beneplacitum nomina nova imponeret, quam erat unquam inter Commentatores seculo decimo-quarto & quinto: hinc si nomen non in se erroneum sit, retineri debet, nec cum alio, licet aptiore, permutari.

244. *Nomina Generica, quamdiu* Synonyma *digna in promptu sunt, nova non effingenda.*

Ne aliquis pruritus ad nova excogitanda & introducenda nomina Botanicos duceret, statui nova non effingenda esse, quamdiu synonyma suppetant.

Onerata enim est Botanica dudum tot superfluis nominibus, ut superflua superfluis cumulare vix e re sit ulla. Si itaque receptum nomen in genere aliquo, absolute erroneum, perdurare nequeat, novum tamen non introducatur, si in tota synonymorum phalange unicum supersit vacuum, & per se bonum. e.gr.

Caryophyllus *F. B.* 217. 241.	Diosanthus.
Veronica *F. B.* 228. 217.	
Diosanthus *F. B.* 241. 239. 242.	
Armeria *F. B.* 231. 235.	
Cantabrigica *F. B.* 231. 235.	
Superba *F. B.* 231. 235.	

Male

Male itaque faciunt, qui memoriam Botanici alicujus imponunt generi antiquo, si alia synonyma supersint.

Nos hoc ævo non adeo solliciti sumus, num hoc, vel illud nomen istis exacte speciebus applicetur, quibus impositum erat a Veteribus. Vidimus enim ubique hoc studium non obtinuisse finem ob imperfectas Veterum descriptiones: vidimus Commentatores integra consumsisse secula in Veterum extricandis nominibus: & vidimus simul in quam multis incertos hærere, licet per tesseras & sortem omni nisu studii in hocce opere sudarint tam multi. Num fructus impensis laboribus respondeat, dubito.

Ubi nomina Barbara vel absurda in generibus triumphabant, non dubitavi ea excludere, inque eorum locum assumere Veterum digna, certisque generibus jungere; nullus dubitans, quin unusquisque Botanicus legerit Theophrastum, Dioscoridem & Plinium, rationemque facti perspiciat.

Celeb. BURMANNUS in curiosissimo opere *Thesauro Zeylanico* sequentia nomina tanquam nova mihi adscribit.

p. 11. *Linnæus* novum nomen *Physalis* huicgeneri imponit.
Respondeat *Dioscorides* lib. IV. cap. 72.

p. 16. *Linnæus* generi huic novum indidit nomen *Gomphrena*.
Respondeant *Dalechampius* hist. 540. *Bauhinus* hist. 2. p. 970.

p. 41. *Linnæi* characteres, ubi novo nomine *Melia* vocatur.
Respondeat *Dioscorides* lib. 1. cap. 172. *Theophrastus* 3. hist. 11.

p. 150. *Linnæus* novum hocce nomen *Sidam* imposuit.

Respondeat *Theophrastus* lib. 4. hist. 11.

Sisto duplicem *Catalogum* nominum, quorum *Prior* nomina mea nova exhibet: hæc conficere debui, ubi synonyma digna nulla succurrebant. *Posterior* vero index nomina antiqua, a me recepta, tradit; horum nominum Author ego non sum, sed Veteres: ea modo ante vaga, certis generibus adsignavi; cur priora excluserim, patebit conferenti numerum allegatum cum *Fundamentis Botanicis*.

α. NOVA EFFICTA.

Anthospermum.
Antholyza.
Atropa.
Azalea.
Amaryllis.
Adoxa.
Andromeda.
Agrostema.
Anastatica.
Amorpha.
Brabejum.
Biserrula.
Biscutella.
Cellepora.
Clypeola.
Cynosurus.
Cerbera.
Ceropegia.
Cypripedium
Coreopsis.
Chionanthus *R.*
Craniolaria.
Chrysophyllum.
Conocarpus.
Dryas.
Diosma.
Ethusa *Art.*
Erythrina.
Galanthus.
Hymenæa.
Heliocarpos.
Herminium.
Hydrocharis.
Ipomœa.
Jatropha.
Lagurus.
Lagœcia.
Lathræa.

Micro-

Micropus.
Monotropa.
Medeola.
Nyſſa.
Najas.
Nyctanthes.
Phyllis.
Polianthes.
Protea.
Rhizophora.
Scleranthus.
Sophora.
Trichoſanthes.
Theobroma.
Trigonella.
Tubipora.
Uniola.
Et a Viris dicta §. 237. 238.

β. ANTIQUA RECEPTA.

Agroſtis.	*Graminis ſpec.*	254
Aphanes.	*Percepier.*	229
Anchuſa.	*Bugloſſum.*	230
Athamantha.	*Meum.*	248
Atraphaxis.	*Atriplicis ſp.*	214
Anthericum.	*Phalangium.*	230
Actæa.	*Chriſtophoriana.*	236
Anacampſeros.	*Telephiaſtrum.*	227
Aizoon.	*Ficoidea.*	227
Atractylis.	*Crocodilodes.*	226
Aira.	*Graminis ſp.*	254
Æſchynomene.	*Mimoſa.*	214
Arctium.	*Lappa.*	231
Achras.	*Sapota.*	229
Arabis.	*Heſperis.*	214
Andryala.	*Eriophorus.*	213
Ægopodium.	*Podagraria.*	235
Anthemis.	*Chamæmelum.*	225
Andrachne.	*Telephioides.*	226
Aruncus.	*Barba Capræ.*	221
Acroſticum.	*Filicis ſp.*	254

Briza.	*Graminis sp.*	254
Bunium.	*Apium.*	214
Bulbine.	*Phalangii sp.*	214
Bubon.	*Apium.*	214
Borassus.	*Palmæ sp.*	254
Bunias.	*Erucago.*	227
Cneorum.	*Chamælea.*	225
Crucianella.	*Rubeola.*	227
Celosia.	*Amaranthi sp.*	214
Ceratonia.	*Siliqua.*	250
Celastrus.	*Euonymoides.*	226
Cynanchum.	*Apocyni sp.*	214
Conium.	*Cicuta.*	246
Crinum.	*Liliaceæ sp.*	254
Cardiospermum.	*Corindum.*	222
Cercis.	*Siliquastrum.*	227
Clethra *Gr.*	*Alni sp.*	214
Coronaria.	*Lychnidis sp.*	214
Cactus.	*Melocactus.*	224
Comarum.	*Fragariæ aff.*	254
Cleome.	*Sinapistrum.*	227
Crepis.	*Hieracioïdes.*	226
Calla.	*Ari sp.*	214
Coix.	*Lacryma Job.*	221
Croton.	*Ricinoides.*	226
Carica.	*Papaya.*	229
Coccus.	*Palmæ sp.*	254
Caryota.	*Palmæ sp.*	254
Calligonum.	*Polygonoides.*	226
Chamærops.	*Palmæ sp.*	254
Corypha.	*Palmæ sp.*	254
Chrysobalanus.	*Icaco.*	229
Cissampelos.	*Caapeba.*	229
Cunila.	*Marrubiastrum.*	227

Dia-

Diapensia.	*Sanicula.*	214
Drosera.	*Ros solis.*	221
Daphne.	*Laureola.*	227
Dianthus.	*Caryophyllus.*	214
Diospyros.	*Guajacana.*	229
Dolichos.	*Phaseoli sp.*	214
Eriophorum.	*Linagrostis.*	224
Erythronium.	*Dens Canis.*	221
Esculus.	*Hippocastanum.*	225
Elatine.	*Alsinastrum.*	227
Erigerum.	*Conyzoides.*	226
Elvela.	*Fungoidaster.*	227
Gomphrena.	*Amaranthoides.*	226
Gloriosa.	*Methonica.*	229
Glycine.	*Apios.*	228
Glechoma.	*Calamintha.*	225
Hippuris.	*Limnopeuce.*	225
Heracleum.	*Sphondylium.*	230
Hemerocallis.	*Lilio-Asphodelus.*	224
Helxine.	*Fagopyrum.*	224
Hippomane.	*Mançanilla.*	229
Holcus.	*Sorgum.*	229
Hibiscus.	*Ketmia.*	229
Hippocrepis.	*Ferrum equinum.*	221
Hyoseris.	*Taraxaconastrum.*	227
Helianthus.	*Corona Solis.*	221
Helicteres.	*Isora.*	229
Hippophae.	*Rhamnoides.*	226
Hydna.	*Erinaceus.*	230
Humulus.	*Lupulus.*	230
Ilex.	*Aquifolium.*	222
Jasione.	*Rapunculi sp.*	214
Juglans.	*Nux.*	250
Isis.	*Corallium.*	254

Lycopsis.	*Echioides.*	226
Lycium.	*Jasminoides.*	226
Ledum.	*Cisti sp.*	214
Lythrum.	*Salicaria.*	227
Limosella.	*Plantaginella.*	227
Lemna.	*Lenticula.*	227
Myrsine.	*Myrti sp.*	214
Melia.	*Azedarach.*	229
Melica.	*Graminis sp.*	254
Melittis.	*Melissophyllum.*	227
Malope.	*Malacoides.*	226
Neottia.	*Nidus avis.*	221
Nepenthes.	*Bandura.*	229
Oenothera.	*Onagra.*	230
Oxalis.	*Oxys.*	231
Ochna.	*Jabotapita.*	229
Orvala.	*Papia.*	236
Othonna.	*Jacobæastrum.*	227
Osteospermum.	*Chrysanthemoides.*	226
Osyris.	*Casia.*	228
Pæderota.	*Bonarota.*	236
Poa.	*Graminis sp.*	254
Phleum.	*Graminis sp.*	254
Ptelea.	*Ulmi facie.*	213
Phyteuma.	*Rapunculus.*	214
Physalis.	*Alkekengi.*	229
Phlox.	*Lychnidea.*	227
Philyca.	*Alaternoides.*	226
Petilium.	*Corona Imper.*	221
Peplis.	*Portula.*	222
Psidium.	*Guajava.*	229
Padus.	*Laurocerasus.*	224
Peganum.	*Harmala.*	229
Prasium.	*Marrubium.*	214

Phoc-

Phoenix.	*Palmæ sp.*	254
Passerina.	*Thymelææ sp.*	214
Picris.	*Helminthotheca.*	223
Passiflora.	*Granadilla.*	227
Pistia.	*Aristolochiæ sp.*	214
Poterium.	*Pimpinella.*	214
Pteris.	*Filix.*	254
Rumex.	*Lapathum.*	227
Rheum.	*Rhabarbarum.*	229
Sertularia.	*Corallina.*	227
Serapias.	*Helleborine.*	227
Sida.	*Malvinda.*	222
Selago.	*Camphorata.*	227
Salsola.	*Kali.*	229
Selinum.	*Thysselinum.*	225
Silene.	*Lychnidis sp.*	214
Sagina.	*Alsinella.*	227
Saponaria.	*Lychnis.*	214
Schinus.	*Molle.*	229
Spondias.	*Monbin.*	229
Thesium.	*Alchimilla.*	214
Theligonum.	*Cynocrambe.*	225
Trapa.	*Tribuloides.*	226
Triopteris.	*Acer.*	214
Uvularia.	*Fritillaria.*	214
Verbesina.	*Eupatoriophalacron.*	249
Ulex.	*Genistaspartium.*	224
Zea.	*Mays.*	229

245. *Nomen Genericum unius generis, nisi supervacaneum, in aliud* transferri *non debet, licet eidem aptius competeret.*

Primi Restauratores Botanices, ut *Matthiolus*, *Columna*, *Cæsalpinus*, *Dodonæus*, *Clusius* &c. pro aris & focis de nominibus disputarunt; dum alter nomen Theophrasti & Dioscoridis ad hoc genus, alter vero ad longe diversum traxit; quod si aliquis demonstrare quodammodo posset, debuit planta hoc, non aliud, tenere nomen. Nostro autem, quo vivimus ævo, longe aliam defendimus theoriam, dum dicimus nomen, quod primum huic generi a Systematico aliquo fuit impositum, persistere debere, si bonum; & si vel Dioscorides, vel Theophrastus, vel Hippocrates, vel tota Patrum authoritas Lysimachiæ nomen alteri plantarum generi imposuisset, quam cui Tournefortius adscripsit, eorum in gratiam hodie istud non mutaremus; sed debent nunc Patrum nomina æque cito, ac aliorum, synonymorum intrare phalangem. Et certe si hæc non observaretur regula, major fieret hoc tempore confusio nominum, quam erat seculo decimo-quinto.

Leucoium a Tournefortio relatum ad Genus 290, a Ruppio ad 537, quantam confusionem crearit tyronibus, novit quivis.

Myosotidem exempli loco producam: pono Genera mea nota 101. 102. 373. 376. *Tournefortius* Genus 102. sub 101. comprehendebat, adeoque nomen (Myo-

(Myosotis) in 376. transtulit, cum supervacaneum erat in genere 101.

Ruppius distinxit Genus 102. ab 101, & nomen revocavit a Gen. 376. ad 102. nec aliud imposuit 376, sed sub 373. cum Veteribus retinuit.

Dillenius vero Genus 376. a 373. cum Tournefortio distinctum voluit, nec cum Ruppio sub 376. miscuit; genus etiam 102. a 101. cum Ruppio separavit, nec 102. cum 101, ut Tournefortius, confundit: nomen Myosotis 102. concessit, novum autem 376. imposuit.

Tyro, qui Myosotidem nunc conjunxit cum 376, nunc vero cum 102, quam primum nominatur Myosotis, hæsitat, cuinam notioni adnectat nomen, 102. scilicet, vel an 376.

246. *Si genus receptum, secundum jus naturæ & artis, in plura* dirimi *debet, tum nomen antea* commune *manebit* vulgatissimæ *& officinali plantæ.*

Varia nomina plantis imposuere Veteres, rarius observantes genera. Systematici nullo habito respectu ad Veterum divisiones, quæ fructificatione convenerunt, ad idem genus idemque nomen commune reduxerunt; reliqua omnia nomina ejecerunt. Cum hæc reductio, secundum assumta principia systematica artificialia, sæpe erronea evaserit, diviserunt iterum hæc genera recentissimi Systematici secundum prin-

principia naturalia in plura, tumque revocata fuere prius expulsa nomina: quæ, si aliis, quam olim, nunc connecterentur plantis, inextricabilis inde oriretur confusio. Exemplis res clarior evadet.

Cornus, *Ossea*, *Mesomora* genere conjungi debent, adeoque excludi duo nomina, tertium persistere: non licet ex hisce tribus, si per se bona sint nomina omnia, quodcunque horum placeat, indifferenter assumere; sed necessario vulgatissimum, antiquissimum, & officinale nomen; ergo nec Ossea, nec Mesomora, sed *Cornus* retineri debet. Hisce positis; urgeat *Ruppius* ex authoritate Rivini, quod *Ossea* sit distinctum genus; *Rudbeckius*, quod *Mesomora*, cum herba sit, reliquæ arbores; positis (non concessis) hisce, non licet vocare Mesomoram Osseam, vel vice versa, sed debet singula retinere nomen quod antea gessit.

CENTAURIA. g. pl. 676. sic divisum.

TOURNEFORTIO.	VAILLANTIO &c.	PONTEDERÆ.
Centaur. maj. T.	*Rhaponticum* T.	*Cent.* maj. Pn.
Jacea. - - -	*Serratula* Rp. *Crupina* D. *Jacea* V. *Crocodilium* V. *Calcitrapa* V. *Calcitrapoïdes* V.	*Jacea.* *Cyanoides.*
Cyanus. - -	*Cyanus* V. *Amberboi* V.	*Cyanus.*

Concludo: Cyanoidem *Pn.* dici debuisse *Jaceam*; & Jaceam *Pn. Serratulam.*

247. *Nomina Generica Græca* Latinis literis *pingenda sunt.*

Nomina Generica plantarum, licet e græca lingua confecta sint, vel mutuata, tamen in commerciis Botanicis pingenda romanis literis: minime vero græcis exprimenda characteribus, & quidem sequentes ob causas.

Græcam Linguam minus necessariam judicamus Botanicis hoc ævo, quam Commentatorum observationes, cum salus Botanices non amplius quæratur e Patrum Græcorum, ut quondam, scriptis, sed ex observatis: & si vel quid ex iis peteretur, translata sunt eorum opera dudum in varias linguas.

Eandem significationem habebunt hæc nomina Græca latinis characteribus expressa, ac si propriis exprimerentur literis: sed longe facilius leguntur, & scribuntur a græcæ linguæ minus, quam latinæ adsuetis.

Uniformia tandem evadunt omnia, græca cum latinis, nec ut barbara visu tyrones absterrent.

Receptum etiam fuit omni ævo, ab omnibus fere Botanicis, immo & eloquentissimis quondam Romanis, a PLINIO & aliis græca nomina latinis literis pingere.

Renealmium (specim. plant.) solum excipio: vix enim alium novi, qui non huic subscripserit thesi; ille autem doctior videbatur græcus, quam Botanicus, & major æstimator linguæ græcæ, quam Scientiæ Botanices.

Gaza aliam adgressus est methodum, dimittendo literas græcas, dum romanas reciperet: transferendo scili-

ſcilicet nomina græca in latinam, ſecundum vim vocis. e. gr. Vitex græce Ἄγνος dicebatur. ἅγνος Græcorum *Caſtum* ſignificat; hinc Gaza Viticem (loco Agni) Caſtum dixit.

Barbari inſequentes credidere *Agnum* ſua natura eſſe verbum latinum, ſynonymumque ovis: hinc aſſumſere *agnum* ut ſubſtantivum, & *caſtum* ut adjectivum, quaſi *ovis caſta*, ſeu *agnus caſtus:* quæ nomenclatura maxime placuit Pharmacopœis, licet nulla exſtiterit hac ipſa magis barbara. Ab Agno dicitur & Elæagnus, quaſi Olea-Vitex, hinc non *Elæachnus*, ſed *Elæagnus*.

Cum nomina græca latinis pingantur literis, debent & literæ græcæ, ab omni ævo a romanis mutatæ, mutari. e. gr.

Græca in Latinam.

Ἐλαία.	αι	in	æ	Elæa.
Ἀνδρόσαιμον.				Androſæmum.
Ζειὰ.	ει	——	e	Zea.
Ποταμογείτων.				Potamogeton.
Ἀείζωον.		——	i	Aizoum.
Λειμώνιον.				Limonium.
Χονδρίλλη.	η	——	a	Chondrilla.
Οθόννη.				Othonna.
Φηγός.				Fagus.
Νηπενθὴς.		——	e	Nepenthes.
Ηρύγγιον.				Eryngium.
Αλόη.				Aloë.
Ἠριγέρων.				Erigeron.
Κορωνόπους.	ο	——	o	Coronopus.
Ὄροβος.				Orobus.
Χελιδόνιον.		——	u	Chelidonium.

Υπήκοον.

Υπήκοον.		Hypecoum.
Αγχουσα.	υ —— u	Anchusa.
Οινάνθη.	οι —— oe	Oenanthe.
Φοίνιξ.		Phoenix.
Μῶλυ.	υ —— y	Moly.
Λάθυρος.		Lathyrus.
Ωχρος.	ω —— o	Ochrus.
Ανεμώνη.		Anemone.
Σίσων.		Sison.
Βούφθαλμον.	θ —— th	Buphthalmum.
Ωχρος.	χ —— ch	Ochrus.
Λύκιον.	κ —— c	Lycium.
Ωκιμον.		Ocymum.
Αγχοῦσα.	γχ -- nch	Anchusa.
Ηρύγγιον.	γγ -- ng	Eryngium.
Υσσωπος.	' —— h	Hyssopus.
Ελλεβορος.		Helleborus.
Αντίῤῥινον.		Antirrhinum.

Barbara in Latinam.

Knawel. Knawel.

248. *Nominum Genericorum terminatio & Sonus, quantum fieri possit, facillitanda sunt.*

Cum Nomina Generica conficiuntur, ut enunciatu sint facilia, & grata omnibus, quantum licet, studendum; sunt enim bene multa introducta, quæ quoad radicem vocis, adque verborum constituentium

 sele-

ſelectum inter primaria facile judicarentur, quoad effatum vero adeo inſolita, rigida, & dura, ut cuique horrorem ſolo ſono incutiant.

Ut itaque faciliora & gratiora obtineantur, tria obſervanda proponam, ſonum ſcilicet integræ vocis; terminationem vocabuli; & verborum conſtituentium ordinem.

Sonus totius nominis ne æquivocus evadat, cum rebus aliis, ante omnia cavendum, licet conſonantium verborum origo & radix diverſiſſima exiſteret; exponunt alias nos riſui apud artis ignaros. μεῖον græcorum, in *Meum* a latinis ſcriptum, quod quidem minus nihilo habet cum Meo romanorum commune. Multi tamen, artis noſtræ ignari, quoties nomen Meum exaudivere, hoc a latina lingua mutuatum perſuaſi, cum joco exclamarunt: ſi hoc *Meum*, ubi tum *Tuum*? aſſumſi itaque *Athamantam* ſynonymon antiquum *Mei* loco. *Alpinam* dixit Plumierus a Proſpero Alpino plantam; at omnes, qui nomen audivere, eandem proprie *Alpinam*, ſeu in Alpibus naſcentem plantam eſſe credidere: hinc *Alpiniam* dixi eandem. *Phyllon* latine *folium* eſt, hinc illud non facile loco generici nominis admitterem, licet Filices, quibus hoc impoſuere Veteres, ſolis foliis, abſque caule, ramis, floribus, aut fructibus evidentibus prognaſcantur; cum itaque plantam foliis præſertim ſuperbientem, a foliorum ſplendore nominarem, non *Phyllum* dixi, ſed *Phyllidis* vocabulum impoſui, cum Phyllis, Virgilii Amabilis, a foliis dicta fuerat.

Terminatio vocabuli inſolita nulli non ingrata eſt; hinc Veteres Romani cum nomina Græcorum aſſumerent, ſæpe unicam alteramve literam excluſerunt, ut gratiora facilioraque evaderent. (vid. α.) quod idem & hac noſtra ætate circa inſoliti verbi terminationem

tionem concederetur, nullus dubito. Hinc pro *Centaurio*, *Euphorbio*, *Helenio*, dixi *Centauriam*, *Euphorbiam*, *Heleniam*, dum aliis generibus, quam quibus imposita prius, præfigerentur; si vero locum non mutare debuissent, nec nomina tetigissem; cum vero transferenda essent, mutationem admisere, ut insolito sono, insolitam generis ideam monerent.

Ordo vocabulorum, nomen genericum constituentium, maxime considerandus est, alias facillime absurdissimæ proveniunt, ubi alioquin optimæ evaderent, nomenclaturæ; Tyronibus itaque tres præscribam regulas.

1. Cum duo substantiva conjungantur in idem vocabulum, debet prius esse genitivi casus. e. gr. Νυξ nox, & Ανθος flos.

hinc *Nyctanthos*, non vero *Nyxanthos*.

2. Cum ejusmodi duo substantiva combinentur, non indifferens est, quodnam horum placeat præponere, vel postponere ad sonum facillitandum, cum alias, si hic error committeretur, longe aliena prodiret vis vocis. e. gr.

Ανθος flos Φυλλον folium.

hinc *Anthophyllum* & *Phyllanthos*.

Floris folium & folii flos.

quæ duo ideas diversissimas continent.

Michelii *Anthoceros* debuerat dici *Ceranthus*.

pro floris cornu, rectius dictum cornu flos.

3. Si substantivum & adjectivum combinarentur, quod tamen minus laudamus, debent ea numero, genere, & casu convenire, sed substantivum semper sequi. ex. gr. Vaillantii *Caraxeron*, male. caput aridum, pro arido capite.

α. *Græca a Romanis terminata.*

Cyparissus.	*Cupressus.*
Cyclaminus.	*Cyclamen.*

β. *Terminationes insuetæ.*

Ballote.	*Ballota.*
Sinapi.	*Sinapis.*
Seseli.	
Hedypnois.	*Lampsana.*
Tetrahit.	*Galeopsis.*
Triglochin.	
Centaurium.	*Centauria.*
Euphorbium.	*Euphorbia.*
Helenium.	*Helenia.*

γ. *Æquivoca.*

Alpina.	*Alpinia.*
Meum.	*Athamanta.*
Phyllum.	*Phyllis.*

δ. *Male combinata.*

Caraxeron *V.*	*Gomphrena.*
Anthoceros *M.*	

249. *Nomina Generica* Sesquipedalia, *enunciatu* difficilia, *vel* nauseosa, *fugienda sunt.*

Atro carbone notabo nomina quædam, mala nobis dicta, licet cum aliis nullis confusionem crearent, licet optime per se essent constructa; hæcque triplicia: *Sesquipedalia*, *Difficilia*, & *Nauseosa.*

Sesquipedalia nomina dico tam longa, ut integram lineam paginæ fere impleant, nosque in eorum enunciatione pene jugulent, vel ut Poëta definit.

Sesquipedalia verba
Vel nocitura sono, guttur læsura loquentis.

Circa hæc rident nos Critici, & dicunt ea vel esse confecta ab imperitis, vel malevolis ad eludendos homines, cum nil magis humanæ loquelæ abominabile sit, quam nimis longa verba.

Producuntur communiter hæc, dum e pluribus, quam duobus verbis conflamus tertium nostrum; hinc videmus ab exemplis, quod maxima horum pars decomposita sit. Decomposita verba in Botanicis vix tolerari deberent, multo minus supradecomposita.

Conficta fuere hæc omnia recentiori ævo, & quidem a Viris maxime ad res suas attentis, qui, dum nomina characterem includentia, & optima elaborare studuerint, in hoc extremum incidere. Verba supradecomposita valeant in foro Anatomico & Myologia, a quo Botanices studium diversissimum existit.

Omne, quod caret medio, transit in extremum; ut

virtus in malitiam &c. Assumendi itaque tandem sint termini, quos transcendere prohibeamur. Ego dico *sesquipedalia* nomina, quæ plures quam duodecim includunt literas, cum apud Veteres vix ulla hisce longiora observo.

Difficilia enunciatu sunt verba, quæ nimis multas consonantes continent, & vix, nisi balbutiendo, enunciari queunt.

Horum nota est, quod si recenseantur ter quaterve quam citissime, interrupta serie, nodos quasi in gutture implicent.

Nauseabunda dico vocabula, quæ nullam, cum reliquis, in Botanicis, servant similitudinem, sed toto cœlo diversa & aliena sunt, nobisque quasi Barbara videntur.

a. *Sesquipedalia.*

14. Ana-podo-phyllum *T.*	*Podophyllum.*
Penta-gono-theca *V.*	
15. Staphylo-dendron *T.*	*Pisonia.*
Clathr-oid-astrum *M.*	*Staphylæa.*
Ant-aniso-phyllon *V.*	*Boerhaavia.*
Jon-Thlaspi-oides *K.*	
16. Alsin-astri-formis *Plk.*	*Montia.*
Mes-embry-anthemum *Br.*	
Valerian-ell-oides *B.*	
17. Acro-chordo-dendros *Plk.*	*Cephalanthus.*
Astero-platy-carpos *Cm.*	
Kalo-phyllo-dendron *V.*	*Calophyllum.*
Pent-aptero-phyllum *D.*	*Myriophyllum.*
Pseudo-Limon-oides *K.*	*Statice.*
Stachy-arpago-phora *V.*	*Achyranthes.*
18. Pseudo-chamæ-Pithys.	

Pseudo-

Pseudo-Gnaphal-oides *V.*	
Staphylo-dendr oides *B.*	*Royena.*
Eupatorio-phalacron *V.*	
Hydro-cerato-phyllum *V.*	*Ceratophyllum.*
Chamæ-Rhodo-dendron *T.*	*Azalea.*
Micro-leuco-Nymphæa *B.*	*Hydrocharis.*
Lepido-carpo-dendron *B.*	*Protea.*
Titano-Kerato-phyton *B.*	*Isis.*
19. Leuco-Narcisso-Lirion *Lb.*	*Galanthus.*
21. Corio-tragemato-dendros *Plk.*	*Myrica.*
22. Hypo-phyllo-carpo dendron *B.*	*Protea.*

β. Difficilia.

Acrochordodendros *Plk.*	*Cephalanthus.*
Alectorolophus *Rj.*	*Pedicularis.*
Clathroidastrum *M.*	
Ceratocephaloides *V.*	
Æschynomene *Br.*	
Orbitochontus *K.*	
Stachyarpogophora *V.*	*Achyranthes.*
Tetragonolobus.	*Lotus.*

δ. Nauseosa.

Caraxeron *V.*	*Gomphrena.*
Ballote.	*Ballota.*
Bucanephyllum *Plk.*	*Sarracena.*
Galeobdolon *Rv.*	
Leontopetalon *T.*	*Leontice.*
Potamogeiton *Rj.*	*Potamogeton.*
Siliquastrum *T.*	*Cercis.*
Myrobatindum *V.*	*Lantana.*
Tetrahit *D.*	*Galeopsis.*

250. *Nominum Genericorum loco* terminis artis *abuti, inconsultum est.*

Paucis ultimo meminisse sufficiat nomina generica a terminis artis nostræ mutuata, quæ cum a doctis Botanicis admodum paucis, si ullis, assumta fuere, sicco pede ea pertransimus; quid Empirici, qui terminos artis & systematis leges ignorant, faciant vel non faciant, flocci facimus.

Ratio, cur falsa ea dicamus, cuique constat, cum scilicet æquivoca sint, adeoque dijudicentur secundum legem 230. 231. & 233.

Qui vero hæc sub Antiquitatis patrocinio defendere tentarent, sciant Veterum sapienter facta imitari, male autem facta evitare.

Vel debent hæc vocabula in generibus, vel in terminis artis excludi: termini pertinent ad integram systema; nomina generica ad paucas modo plantas; viam minus periculosam eligere sapientis est; ergo in genere excludi.

Quam absurda hæc sint, patebit ipsis Pharmacopœorum famulis ex sequenti formula.

℞. Pl. Odoratam.
Tuberosam.
Bulbosam.
Graminifoliam.
Hexapetalam.
Spicam.
Nucem.
Siliquam.
Obs. Obs.

Quis

Quis crederet ſanus hæc verba proprias indigitare plantas.

α. *Latina.*

Radicula.	
Tuberoſa *Hs.*	*Polianthes.*
Bulboſa *Rj.*	
Graminifolia *Rj.*	*Subularia.*
Perfoliata *Rv.*	*Bupleurum.*
Scandens *Pt.*	
Spica *Hk.*	
Anomala *Pt.*	
Vaſculifera *Pt.*	
Siliquifera *Pt.*	
Pomifera *Pt.*	
Baccifera *Rj.*	
Prunifera *Pt.*	
Nucifera *Pt.*	
Siliqua *T.*	
Nux *T.*	*Juglans.*
Odorata *Rv.*	*Scandix.*

β. *Græca.*

Phyllum.
Acinos *Rv.*
Polyanthos *Pt.*
Hexapetala *Plk.*

251. *Nominum Classium & Ordinum cum Genericis par est ratio.*

Ut Genus se habeat ad species, ita Ordo ad Genera, & Classis ad Ordines. Dicitur itaque Classis *Genus Summum*, Ordo seu sectio *Genus intermedium*. Nil itaque differt Nomen Ordinis vel Classis, præterquam quod hæc muta sint in plantæ enunciatione: Generis vero nomen sonorum; subeunt itaque nomina Systematica easdem cum generibus leges; debentque proin esse *propria* §. 213. 214. 217. constare *verbo unico* 215. 221. *eodem* 216, *non primitivo* 220, *non hybrido* 223. 224. 225. 226. 227. *non barbaro* 229, *non æquivoco* 230. 231, *non contrario* 232; *non a Viris dicto* 236, *non sesquipedali* 249, sed *facili* 248.

Cum specierum fiat recensio, in fronte gerat species singula sui generis nomen, ex quo solo nomine generico, æque viva evadat idea generis, cum qua junctum erat antea in meo conceptu, ac si integer describeretur generis character: præsupponuntur enim omnia genera Botanicis nota. Idem valet & valebit de Classibus & Ordinibus, adeoque & de nominibus systematicis.

Nomina, dum rebus imposita sunt, idem præstant ac integra definitio, cum singulum nomen per suam definitionem adnectitur suo definito in meo conceptu. Valet itaque nomen absolute idem ac definitio, sed facilius longe & enunciatur, & scribitur, & percipitur, & retinetur; in linguis idcirco, ubi nomina rerum non sup-

ſuppetunt; omnia periphraſi circumſcribenda ſunt. Ratio eadem eſt cum nominibus ſyſtematicis.

Cæſalpinus Claſſibus ſuis nomina abſolute nulla impoſuit, ſed definitionibus ſolis contentus fuit, ideoque vix eloqui abſque ambagibus potuit ſuas ideas, idcirco nec ejus, ut reliquorum, trita fuit methodus.

Tournefortius videtur minus obſervaſſe leges ſyſtematicas, cum uni eidemque claſſi plura conceſſit nomina; unica enim ubi claſſis, unicum erit nomen. e. gr.

Anomali monopetali
Flore aurito
Perſonato.

Infundibuliformes
Hypocrateriformes
Rotati.

252. *Nomina Claſſium & Ordinum* e Viribus, modo naſcendi, foliis, *ſimilibuſque petita, mala ſunt.*

Quum hæc nomina nullam ſubminiſtrent characteris ideam, & hinc neque character nominis ideam, mala ſunt, & difficilia.

Cum claſſem & ordinem a fructificatione definio, nomen vero ab alia parte quæro, duplici idea gravatur memoria, nec has duas adeo facile connectere valet, ut una mota moveatur & altera.

Stellatæ, *Aſperifoliæ* & *Verticillatæ* omnibus diſplicuere, cum *Stellatarum* nomen a foliorum ſitu, character a fructu diſpermo ſub flore monopetalo. Uti

Aſperi-

Asperifoliarum nomen a scabritie foliorum, character a seminibus quatuor intra florem monopetalum pentandrum. Et *Verticillatarum* nomen a situ florum in multis verticillato, dum character quæratur in tetragymnospermia intra corollam inæqualem.

Cordiales & *Capillares* Veterum malæ sunt.

253. *Nomina Classium & Ordinum notam* ESSENTIALEM & CHARACTERISTICAM *includant.*

Cum systemata tot, tamque multa diversa prodeant, quæ singula proprium & a reliquis diversum agnoscunt fundamentum, ne memoriam mentemque nimis gravent, debent ideæ classium & ordinum subministrare nomen, & nomen ideam, id est connexa esse inter se hæc duo, idea & verbum, quo facto omnium facillima evadunt, nec memoriæ deinde tanto oneri.

Quo brevior & compendiosior habeatur character classis aut ordinis, eo & facilius nomen; ergo & nulla faciliora nomina, quam ubi Systemata e numero desumta sunt. Hinc Riviniana methodus omnium facillima evasit. Hinc Rajana difficilior visa.

Facilia a Numero.

Rivino *Monopetalæ*, *Dipetalæ*, *Tripetalæ*, *Tetrapetalæ*, *Pentapetalæ*, *Hexapetalæ*, *Polypetalæ*.

Hermanno *Gymno-monospermæ*, *Dispermæ*, *Trispermæ*, *Tetraspermæ*, *Polyspermæ*.

Nobis

Nobis *Monandria*, *Diandria*, *Triandria*, *Tetrandria*, *Pentandria*, *Hexandria*, *Heptandria*, *Octandria*, *Enneandria*, *Decandria*, *Dodecandria*, *Polyandria*.
Didynamia, *Tetradynamia*.
Monadelphia, *Diadelphia*, *Polyadelphia*.
Monœcia, *Diœcia*.

Facilia a Structura.

Compositæ.	*Syngenesia.*	
Pomiferæ.	*Bacciferæ.*	
Siliquosæ.	*Leguminosæ.*	*Capsulatæ.*
Apetalæ.	*Nudæ.*	

Quo minus autem comprehendit nomen characterem, eo difficilius evadit nomen.

Stamineæ, cum omnes flores gaudent staminibus, nec hujus classis solæ.

Corymbiferæ, *Capitatæ*, *Discoideæ*, cum in his nulla essentialis classi nota.

Corymbiferis affines, cum idea amandatur ad aliam classem, antequam præsentem agnoscat.

Epiphyllospermæ & *Dorsiferæ* nomina optima essent, si Ophioglossi & Lunariæ non existeret genus: nunc autem falsa, cum characterem essentialem non fidum gerant.

Flores, quos Tournefortius *Labiatos* dicit, eosdem Rivinus *Galeatos* & *Barbatos* vocat (barbam autem sine labio non concipit Rudbeckius,) eodem tamen res redit: potuisset hisce jungere *Personatos* suos Tournefortius, secundum assumtum principium, omnesque *Ringentes* aptius nominare.

254.

254. *Nomina Classium & Ordinum*, a plantæ *cujusdam nomine desumta, sub quo integram cohortem intellexere Veteres, in genere exclusa, classibus naturalibus tantum inserenda sunt.*

Cum Systemata artificialia construimus, principium aliquod assumimus pro lubitu, secundum quod nostras divisiones facimus, adeoque faciles in his characteres, faciliora proinde nomina essentialia. At in Systemate Naturali longe difficilius & eruuntur essentiales characteres, & eorum nomina essentialia; puto itaque in his perferenda esse nomina, quæ nullam cum Systemate servant combinationem. Hæc enim nomina non adeo multa erint, nec ex conceptu Botanici mobilia, sed omnibus eadem; aliter se habet cum hypotheticis & artificialibus nominibus. e. gr.

Lilium. Veteres sub nomine Lilii maximam partem classis intellexere; in hunc usque diem etiam vulgus, cum viderit plantam bulbosam sibi ignotam, hanc Lilii speciem dicit. Hinc & Salvator: *Considerate Lilia*, id est, flores omnium formosissimos, splendidissimosque, quorum nitorem ne Salomonis summus splendor unquam æquiparare potuerat.

Gramen vocat vulgus omnes plantas culmiferas cum staminibus tribus, quibus calyx gluma est.

Musci,

Musci, *Fungi*, *Filices*, *Palmæ*, *Fuci*, *Algæ*, *Corallia* eandem agnoscunt rationem & legem.

Non tamen extendamus hoc nostrum beneplacitum latius, quam competat rebus. e. gr.

Leucojiformes vocat Kramerus Cruciformes T. Tetradynamiam Nostram, Siliculosas & Siliquosas; an juste? judicent justi.

Assumta in classibus nomina excludantur in genere: vide §. 233; & alia in generibus restituantur.

255. *Nomina Classium & Ordinum* unico *constabunt vocabulo.*

Unico constabunt vocabulo, ut memoriæ faciliora, utque uniformia evadant; quo pluribus enim constant vocabulis, eo imperfectiora sunt, & a proprietate nominis magis recedunt, usque dum in definitionem transeant; sint itaque veræ Classes, certæ definitiones, appropriata nomina.

Longa Nomina.

Perfecti simplices irregulares tetrapetali. *Riv.*

Papilionacei T.

Compositi ex irregularibus in ambitu, regularibus in medio. *Riv.*

Radiati T.

Vasculiferæ flore monopetalo difformi. *B.*

Per-

Personati T.

Flore perfecto simplici, seminibus nudis solitariis, seu ad singulos flores singulis. *Raj.*

Nomina classibus apta præstitit *Tournefortius*: at Ordinibus nulla omnino nomina imposuit; hinc methodus ejus, quoad Classes, omnibus acceptissima evasit, quoad ordines vero omnibus obscura.

Tournefortiana.

Campaniformes.	*Papilionacei.*
Infundibuliformes.	*Flosculosi.*
Personati.	*Semiflosculosi.*
Labiati.	*Radiati.*
Cruciformes.	*Apetali.*
Rosacei.	*Amentacei.*
Umbellati.	
Liliacei.	

Nos in systemate sexuali, & classibus, & ordinibus nomina unico constructa verbo imposuimus.

Nomina ejusmodi unico comprehensa verbo dein reliquis inserviunt loco terminorum artis, quod alia nomina non.

Cum nomina hæc conficiuntur, ut appropriata fiant, allaborandum, nec ullo modo æquivoca. e. gr. CAPSULA sumitur de pericarpio membranaceo ab ejus externa structura.

Unicapsulares. Primula, Lychnis, Lilium, Parnassia, Pyrola.
Bicapsulares. Vinca, Nerium, Apocynum.
Tricapsularis. Tamariscus.

Qua-

Quadricapsulares. Tetracera.
Quinquecapsulares. Aquilegia, Spiræa, Sedum.

At LOCULAMENTUM de interna structura pericarpii, ejusque divisione interna.

Uniloculares. Primula, Vinca, Tamariscus, Tetracera, Aquilegia.
Biloculares. Lychnis, Mandragora, Astragalus.
Triloculares. Lilium, Convolvulus, Musa.
Quadrilocularis. Parnassia.
Quinqueloculares. Pyrola, Pyrus, Aizoum.

Ergo male maxima Systematicorum pars multicapsulares & multiloculares pro synonymis habet, cum diversas hæc duo diversa verba subministrant ideas.

NOMINA SPECIFICA.

256. *Perfecte nominata est Planta nomine* Generico *&* Specifico *instructa.*

Partem aggredior Botanices in hunc usque diem intactam, nostræque relictam industriæ.

Nulla in Botanicis mihi visa est certitudo Scientiæ, vel Disciplinæ lex ante ortum Cæsalpini 1583. Qua primum data, inde ab eo tempore debetur fere integra Systematicis: præsertim ab anno 1660. in hunc usque diem per *Morisonum*, *Rajum*, Bobartium. *Hermannum*, Rudbeckium, *Boerhaavium*. *Rivinum*, Knautios, Buxbaumium, Heucherum, Ruppium, Hebenstreitium. *Tournefortium*, *Plumierum*, Petitum, Fevillæum, Jussievium, Isnardum, Nissolium, *Dillenium*, Pontederam, Houstonum, Michelium, Scheuchzerum, Montium, *Magnolium*, *Vaillantium*, ut tandem quædam in generibus niteat certitudo. Hi Viri laboriosissimi, videntur nobis omnes suas vires generibus impendisse, specierum vero characteres posteris reliquisse elaborandos.

Cum nulla confici queat unquam vera differentia, nisi

nisi certum, fixum & stabilitum sit genus, sequitur omnia Veterum Nomina Specifica claudicare, licet adepta sint à Systematicis multoties.

Ut tandem in speciebus vera elucescat scientia, cum in his ultimus finis scientiæ nostræ consistat, sequentia Botanicis proponam circa nostram incedendi methodum.

1. Ut notæ lubricæ, incertæ, & falsæ rejiciantur. *F. B.* 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 283. 281.
2. Ut notæ firmæ, certæ, & mechanicæ, solæ recipiantur. *F. B.* 257. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 282.
3. Ut notæ veræ caute, caste, & judiciose combinentur. *F. B.* 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305.

Qui in praxi Botanices vel leviter versatus est, mecum fatebitur se millies, dum specierum nomina inquireret, elusum, nec sibi sufficisse omnes descriptiones, omnes figuras, omnia nomina, ut aliquid certi de planta ex hisce concludere potuerit. Heu quoties imperfecta descriptio se sistit! heu quot millia imperfectarum figurarum! heu quot Myriades vanarum notarum in differentiis! Præstitere Systematici genera ad maximam partem certa, quibus perveniat Curiosus primo intuitu ad desideratam familiam. Adgrediamur dare differentias, quæ, si veræ, primo intuitu dabunt speciem, longe certius solæ, quam omnes descriptiones, omnes icones simul.

257. *Nomen Specificum plantam ab* omnibus congeneribus *distinguat.*

Hic aphorismus fundamentum est omnium nominum specificorum, quo neglecto falsa erunt omnia.

Debet itaque Genus stabilitum esse, antequam condatur nomen, ut cognoscamus species unicuique generi adscriptas, quas distinguere tenemur. Non enim datur nomen specificum vivum absque capite; caput nomen genericum est.

Descriptio est geometrica circumscriptio secundum Numerum, Figuram, Situm & Proportionem omnium plantæ partium. Adeoque continet hæc omnes notas externas in planta existentes. Per notas conformes & similes, ejusdem prosapiei plantas easdem concludimus, ut per differentes & dissimiles, diversas. Notæ differentes distinguunt quidem semper plantas, at non æque facile percipitur differentia, ubi plurima distinguenda, ac ubi pauca; facile est distinguere aliquot objecta, difficile millena: hinc subdivisio, ubi major objectorum copia, distinctionem facilitat, quæ in Botanicis *Systema* & *Methodus* audit. Hæc enim dat genera infima, subque eis constitutas species: adeoque *Differentia* Botanicis est, quæ distinguit plantas, modo sub eodem genere constitutas; *Descriptio* vero omnes in universum, absque genere, a se invicem. Hæc obscura sæpe nobis, & vix percipienda: illa facilis: hinc CÆSALPINUS: *ignorato genere nulla Descriptio, quamvis accurate tradita, certam demonstrat, sed plerumque fallit.* Differentia autem si accurate

curate tradita, certam ſemper demonſtrat plantam, nec unquam fallit.

Cum differentia tantummodo diſtinguat ſpecies congeneres, ſequitur nullum nomen ſpecificum (*F. B.* 292.) certum evadere, antequam omnes ſpecies innotuerint: ſequitur & omnia nomina ſpecifica ab iis conſtructa, qui vera ignorarunt genera, non poſſe non falſa eſſe: ergo

Nomina Specifica omnia, quæ plantam a congeneribus ſuis non diſtinguunt, falſa ſunt. &
Nomina Specifica omnia, quæ plantam ab aliis quam congeneribus diſtinguunt, falſa ſunt.

Cum non uni detur, vel raro detur, omnes ejuſdem generis inſpicere ſpecies, cuique pateſcit rei difficultas; abſit itaque, quod in me nomina ſpecifica omnia bona conficere audacter ſumerem; ſufficiat ſi alios doctiores excitare queam; ſufficiat ſi triginta Botanici per ſexaginta annos iſtud culmen feriant, quod Syſtematici in generibus. Incipiamus ſemel, fiant nomina imperfecta, mala, ſuperflua, onera Botanices, ut eveniant bona, perfecta, ornamenta ſumma Botanices; qui nunquam male, nec unquam bene. Princeps, qui, poſtquam diu luctatus fuerit, millenaque millia militum amiſerit, finem & ſcopum, belli cauſam, obtinuerit, vere Victor evaſit, & juſte triumphat.

258. *Nomen Specificum primo intuitu plantam suam manifestabit, cum differentiam ipsi plantæ* inscriptam *contineat.*

Cum planta rara Botanico ostenditur, ex lectis in fructificatione literis, primo intuitu genus enunciat; si vero de specie interrogetur, mutescit, præsertim si sub eodem genere major specierum militat copia, nec antequam authores evolverit, eam determinare potest. Mira sane res! Invenerunt dudum Botanici compendium, quo ex sola fructificatione, quæ sæpe minima existit, propositam plantam primo intuitu a duodecim millibus aliis distinguant, tamen a totius plantæ aspectu, & omnium ejusdem partium examine, non speciem unam ab altera vel viginti solum separare queant; quænam sit hujus mali causa? quisnam defectus? Nullus sane alius, quam quod congeneres species conferre, & ex collatis, notas singulis proprias inquirere recusaverint.

Nomen Specificum ipsi plantæ æque inscriptum erit ac unquam generis character; nomen enim specificum nullam admittit comparationem cum generico, sed est nil aliud, quam character essentialis ipsius speciei. Genericum autem nomen proprio gaudet charactere, nec se ipsum definire tenetur: Specificum vero nulla gaudet definitione, sed se ipsum definiat.

Proscribimus, tanquam absurdas, notas omnes in nominibus specificis receptas, plantis ipsis non inscriptas,

ſcriptas, a quacunque demum re alia aſſumtas. Valeant ergo

Hypothetici & falſi conceptus e foro Botanico; Valeant plantis impoſita opprobria; nos non agnoſcimus unicam alterâ magis veram, ſpuriam, adulterinam, peculiarem. α.

Idearum ordines, quos veteres Botanici proprio ſuo impreſſerunt cerebro, certe plantis non impreſſere, ut ullus in his eorum veſtigia obſervet; Naturæ author ſpeciei uni præ altera nullum locum ſuperiorem, nullum inferiorem aſſignavit, omnes æquales fecit. β.

α. *Hypothetica.*

Aloë *vera.*
Acorus *verus.*
Acorus *adulterinus.*
Meum *ſpurium.*
Hyoſcyamus *peculiaris.*
Urtica *fatua.*

β. ab *Idearum Ordine.*

Tinus *prior* Cluſ.
—— *alter* Cluſ.
—— *tertius* Cluſ.
Rhagadiolus *alter* T.
Doronicum plant. fol. *alterum* C. B.

259. *Nomen Specificum a partibus plantarum* non variabilibus *desumi debent.*

Primaria caussa, cur nomina specifica Antecessorum fallacia evaserint, sola in eo consistit, quod partes & notas naturales, ac certas, a Iudicris distinguere recusarint. Cum autem assumserint omnes notas, accidentales & naturales indifferenter, indeque constituerint ob minimam notam, novam speciem, orta fuit tanta confusio, tanta nominum barbaries, tanta specierum falsarum accumulatio, ut facilius esset stabulum Augiæ purgare, quam Botanicen.

Stupiditatem ullam non defendo, subtilitatem autem nimiam non rejicio, sed certe horreo hanc videre apud hominem minus judiciosum. Veteres; & minus attenti Botanici raro admodum species falsas nobis objecere, at acutissimi Recentiorum heu quantam molem invenere novarum specierum. *Columna* attentissimus descriptor, quam plurimas communicavit; *C. Bauhinus* in Prodromo numerat 600 novas; *Morisonus* in Præludiis 276 novas; *Pontedera* in Compendio 272 novas; *Barrelierus* innumeras novas; *Michelius* innumeras novas; *Tournefortius* in Institutionibus & Corollario infinitas novas orbi proposuere. Num horum omnium tertia pars vera sit, nescio. Utinam nona pars esset!

Certe, si omnis nota indifferens novam constituat speciem, nulli mortalium Botanici Sapientiores & acutiores ANTHOPHILIS, qui in solis *Tulipis*, *Primulis*,

mulis, *Anemonibus*, *Narcissis*, *Hyacinthis* omni anno aliquot millia Botanicis ignotas, novas proinde, species ostendunt curiosis. Desistebat ab opere Creationis Omnipotens Conditor die septima, nec nova creatio omni die, sed continuata multiplicatio creatorum. Hominem creavit unicum, dictitante S. Scriptura: at si minima nota sufficiat, vel mille hominum species hodie prostant; prostant enim capillis albis, rubris, nigris, canis; facie alba, rosea, fusca, nigra; naso erecto, brevi, inflexo, simo, aquilino; prostant gigantes, pygmæi, obesi, macilenti, erecti, incurvi, tophosi, claudi &c. &c. sed quis leviter sanus hos distinctas diceret species. En itaque assumamus notas certas, & inquiramus notas fallaces, quæ seducunt, nec variant rem; dico itaque *Magnitudinem* 260, *Locum* 264, *Tempus* 265, *Colorem* 266, *Odorem* 267, *Saporem* 268, *Usum* 269, *Sexum* 270, *Monstrositatem* 271, *Hirsutiem* 272, *Durationem* 273, *Multitudinem* 274, &c. species non distinctas reddere, quod & demonstrare teneor. Si Hæ notæ nunquam per se speciem diversam constituant, utique & nunquam in nomine specifico agnoscantur.

TRIFOLIUM pratense album Bauh. pin. 327. ab hac

1. *Trifoliastrum* pratense corymbiferum majus repens, foliis rotundioribus alba & sagittata macula notatis, corymbis florum magis sparsis, pediculis longissimis insidentibus, siliquis tetraspermis. *Mich.* gen. 26 t. 25. f. 1.

2. Trifoliastrum pratense corymbiferum majus repens, foliis rotundioribus alba & sagittata macula notatis, siliquis tetraspermis. *Mich.* gen. 26.

3. Trifoliastrum pratense corymbiferum majus repens,

pens, foliis rotundioribus alba ſagittata & in acutum longius producta macula notatis, ſiliquis tetraſpermis. *Mich.* gen. 26. t. 25. f. 4.

4. Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum majus repens, foliis oblongis obtuſioribus macula albicante ſuperna parte pyramidata, inferna cordis inſtar pulchre excavata, ſiliquis tetraſpermis. *Mich.* gen. 26.

5. Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum majus repens, folio ſubrotundo alba ſemilunata & in dorſo nonnihil excavata macula notato, ſiliquis tetraſpermis. *Mich.* gen. 26.

6. Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum majus repens, folio cordato alba macula ejuſdem formæ inſignito, ſiliqua tetraſperma. *Mich.* gen. 26.

7. Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum majus repens, folio obtuſo duabus maculis albis inſignito, quarum ſuperior minor triangularis, inferior major cordata, ſiliqua tetraſperma. *Mich.* gen. 27.

8. Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum majus repens, foliis obtuſis & veluti cordatis non maculatis, ſiliquis tetraſpermis. *Mich.* gen. 27.

9. Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum repens medium, foliis oblongis acutioribus macula lata ſagittata, ſiliquis tetraſpermis. *Mich.* gen. 27.

10. Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum repens medium rotundifolium, macula alba ſagittata perangusta, ſiliquis tetraſpermis. *Mich.* gen. 27.

11. Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum repens minus, folio ſubrotundo macula alba ſagittata minima. *Mich.* gen. 27.

12. Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum repens minimum, foliis obtuſis non maculatis, ſiliquis tetraſpermis ſuperna parte æqualibus, inferna veluti nodoſis, ſemine ſubluteo. *Mich.* gen. 27. t. 25. f. 3.

13. Tri-

13. Trifoliaſtrum annuum corymbiferum album & procumbens, folio cordato ſubtus atro-virente ſplendente, ſiliqua tetraſperma, inferne falcatim diſcriminata. *Mich.* gen. 27. t. 25. f. 6.

14. Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum non repens, humi ſtratum, alte radicatum, foliis ſubrotundis alba falcata macula vix notatis, floribus minoribus ſuaverubentibus, ſiliquis tetraſpermis ſuperna parte tantum marginatis, ſemine fuſco. *Mich.* gen. 27.

15. Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum erectum annuum & præaltum, caule craſſiore fiſtuloſo, folio longiore cordiformi, flore albo, ſiliqua incurva, lata, compreſſa ac diſperma. *Mich.* gen. 28. t. 28. f. 2.

16. Trifoliaſtrum ſupinum corymbiferum annuum album majus, folio longiore obtuſo, ſiliqua incurva, lata, compreſſa ac diſperma. *Mich.* gen. 28. t. 25. f. 5.

Hæ 1---16 ejuſdem ſunt ſpeciei cum C. Bauhini primo allegata, & ſic in aliis multis.

Tournefortius Tulipas 93. (ubi una eſt) & Hyacinthos 63. (ubi duo ſunt) numerat, nec minus ſæpe in aliis alii luxuriarunt.

260. Magnitudo *Species non diſtinguit.*

Magnitudinis notam e nomine ſpecifico abſolute proſcribendam cenſeo, cum falſa ſit, indeterminata, indefinita.

Magnitudinem ſpecies non diſtinguere docet integrum & Regnum vegetabile, & animale. Pygmæum a Gigante ſpeciem diverſam non eſſe probant homines, canes, equi, ſues, gallinæ, piſces, inſecta; & omnes magni antea parvi exſtitere.

Plantæ

Plantæ omnes in terra ſterili, exſucca, arida minores, in ſpongioſa, ſucculenta, fecunda majores evadunt. *Plantago latifolia ſinuata* C. B. in terra pingui humanam altitudinem ſæpe acquirit, in ſterili vero vix dimidiam unciam ſæpe attingit. *Fl. Lapp.* 62. γ.

Plantæ omnes in *Alpibus* parvæ, extra alpes majores excreſcunt. *Fl. Lapp.* 342. ε.

Hernandia folia gerit in America vix duarum unciarum; in hybernaculo vero pedalis ſæpius diametri.

Uno verbo, nulla nota in plantis frequentior variat quam magnitudo, adeoque nec fallacior nota ulla.

Dein inter majorem & minorem: maximam, majorem, mediam, minorem & minimam, nulli dantur limites vel termini, præterquam graduales; gradus, abſque limitibus, ſoli! hinc ſi una mihi offeratur, nec viſâ altera, nullo judicii acumine perſpicio, utrum hæc major vel minor ſit habenda, cum omnis magnitudo ſit reſpectiva, nec datur majus niſi & minus exiſtat. Scarabæus enim maximus eſt millies minor Caprâ minima.

Hinc erroneus eſt omnis gradus magnitudinis cum ſit comparativus, ſive tum reſpiciat integram plantam, ſive ejus partem, ſive folia, ſive flores, ſive fructus; addiſcere unicam plantam ab altera non eſt ſapientis ſtudium.

α. *Magnitudo totius Plantæ.*

Alſine *altiſſima.*
——— *major.*
——— *media.*
——— *minor.*
——— *minima.*

Sedum

Sedum *majus*.
——— *minus*.
——— *parvum*.
——— *minimum*.
Thalictrum *magnum*.
——— *minus*.
——— *minimum*.
Boletus *magnus*.
Galeopsis *procerior*.
Gramen *elatius*. Rj.
Fraxinus *excelsior*. C. B.
Dipsacus *giganteus*. Boc.
Trachelium *giganteum*. Plk.
Jasminum *humile*. C. B.
Virga aurea *humilior*. T.
Alsine *exigua*. J. B.
Salix *pumila*. C. B.
Betula *nana* Rd.
Melampyrum *perpusillum*. Lob.
Juncus *omnium minimus*. T.
Hippuris *tenuissima*. J. B.
Plantago *major*, *media* a nonnullis cognominata. B.

β. Magnitudo foliorum.

Cistus major, folio *rotundiore*. J. B.
——— major, folio *longiore*. J. B.
——— folio *breviore*. C. B.
——— folio *amplissimo*. T.
Tamarix folio *crassiore*.
——— folio *tenuiore*.
Equisetum *minus*, *omnium tenuifolium*. Lob.

Tha-

Thalictrum foliis *crassioribus*. T.
——— foliis *latioribus*. R.
——— *angustifolium*. T.
Nicotiana *angustifolia*.
——— *latifolia*.

γ. *Magnitudo florum*.

Cruciata flore luteo *minore*. Mor.
Cannabina flore *magno* luteo. B.

δ. *Magnitudo fructus*.

Phytolacca *majori* fructu.
——— *minori* fructu.
Sisymbrium siliqua *breviore*. T.

261. *Notæ collatitiæ cum aliis speciebus* diversi generis, *falsæ sunt*.

Qui terminos artis assumere, deficientes condere, certisque ac definitis inniti principiis recusarunt, sed absque molestia ulla Botanicen perfunctorie tradere, quam primum nova ipsis oblata fuit species, differentiæ nomine, a lubrica quadam cum alia olim visa planta similitudine intercedente, eandem baptisarunt, & se suis partibus optime functos credidere; Sed longe absit, quod idem sentiat alter Botanicus, qui prioris inquirere tenebatur Synonymon.

Quam ludicræ enim non sint istæ similitudines inter duarum diversarum plantarum folia, immo tam diver-

diversæ, ut adhuc observaverim nunquam duo simillima. Quanta hinc confusio, patebit exemplis. e. gr. *Campanula jacobææ folio* T. Tyro nesciens quæ & qualia sint *Jacobææ* folia, evolvit species, reperit ea vel linearia *Rosmarini*, vel sagittata *Glasti*, vel sinuata *Dentis leonis*, vel obverse ovata *Limonii*, vel decomposita *Absinthii*, vel alia infinita, ergo nullà certa figura; ille non scit, utrum Botanicus intellexerit Jacobæam Glasti, utrum Limonii, vel aliam speciem. Sic & *Jacobæa senecionis folio:* Senecio & Jacobæa sunt ejusdem generis plantæ, ergo Jacobæa senecionis folio est idem, ac si dixissem *Jacobæam Jacobææ folio*, quod & stultissimus mortalium crederet. Alia est *Jacobæa senecionis folio* Raj. alia vero *Senecio iacobææ folio* Moris. Quum jam Jacobæa & Senecio sint ejusdem generis, adeo absurda evadunt ambo hæc nomina, ut terriora nulla. En aliud exemplum fallaciæ: pono *Jacobææ folia* ignota tyroni, evolvat speciem Jacobææ, quæ eum remittat ad Hieracium, & Hieracium ad Blattariam (vide α.) & sic in infinitum. Vel sitne necessarium, quod tyronis aspectum prius incurrat *Limonium*, quam *Jacobæa*, ut sciat quid *Jacobæa limonii* folio sit? Mutato nomine generico alterius plantæ e. gr. Cymbalariæ, Blattariæ, non amplius erit Campanula Cymbalariæ & Blattariæ, sed Antirrhini & Verbasci folio. Qui hæc absurda observarunt, fraudem lingua græca tegere tentarunt, sed sapientioribus eodem redit res. Hisce consideratis. Quæro a sano omni, an in hisce lateat judicii granum? num ulla in his certitudo? & cur non irrisi fuerint dudum ab aliis isti Botanici, qui ejusmodi assumsere notas. Sapiamus tandem, nec cæcutiamus meridiano die.

α.

a. a Foliis.

CAMPANULA.
——— *Serpilli*folia. C. B.
——— *Lini*folia. C. B.
——— foliis *Urticæ*. C. B.
——— foliis *Echii*. C. B.
——— foliis *Anchusæ*. C. B.
——— foliis *Bellidis*. T.
——— foliis *Blattariæ*. T. C.
——— foliis *Ptarmicæ*. T. C.
——— *Cymbalariæ* foliis. C. B.
——— *Persicæ* folio. C. B.
——— *Tragopogi* folio. C. B.
——— *Leucoii* folio. T. C.
——— *Lychnidis* folio. T. C.
——— *Jacobææ* folio. T. C.
JACOBÆA.
——— *Betonicæ* folio.
——— *Glasti* folio.
——— *Chrysanthemi* folio.
——— *Rosmarini* folio.
——— *Absinthii* folio.
——— *Hieracii* folio.
——— *Hormini* folio.
——— *Sonchi* folio.
——— *Dentis leonis* folio.
——— *Helenii* folio.
——— *Limonii* folio.
——— *Senecionis* folio.
GERANIUM.
——— folio *Aconiti*. C. B.
——— folio *Malvæ*. C. B.
——— folio *Althææ*. C. B.

— foliis

——— foliis *Paſtinacæ*. Hr.
——— *Betonicæ* folio. Hr.
——— *Alchimillæ* folio. Hr.
——— *Coriandri* folio. C. B.
——— *Cicutæ* folio. C. B.
——— *Uvæ criſpæ* folio. Hr.
Campanula jacobææ folio.
Jacobæa *hieracii* folio.
Hieracium *blattariæ* folio.
Blattaria *verbaſci* folio.
Verbaſcum *conyzæ* folio.
Conyza *ſalviæ* folio.
Salvia *hormini* folio.
Horminum *betonicæ* folio.
Betonica *ſcrophulariæ* folio.
Scrophularia *meliſſæ* folio.
Meliſſa *plantaginis* folio. &c. *in infinitum*.

β. a Fructificatione & radice.

Juncus capitulis *Sorgi*. C. B.
——— capitulis *Pſyllii*. C. B.
Alſine *Lini* capitulis. C. B.
——— *Symphyti* capitulis. C. B.
Gramen ſpica *Brizæ*.
Adonis *Buphthalmi* flore.
Gramen *Phalaridis* ſemine.
——— *Lithoſpermi* ſemine.
Ranunculus *Hellebori nigri* radice.
Cirſium radice *Hellebori nigri*.

γ. a Facie.

Clinopodium Ocymii facie. C. B.
——— Origani facie. C. B.

δ. *Græcismus.*

Pseudo Helleborus Ranunculoides Mor.
Acer Platanoides.
Brassica Asparagoides.
Adonis Helleboroides.
Carduus Acanthoides.
——— Centaurioides.
——— Eryngioides.
Lathyrus *Viciæformis* seu
Vicia *Lathyroides.*

ε. *per Circulum.*

{Jacobæa *senecionis* folio.
{Senecio *jacobææ* folio.
Jacobæa *hieracii* folio.
Hieracium *blattariæ* folio.
{Blattaria *verbasci* folio.
{Verbascum *conyzæ* folio.
Conyza *salviæ* folio.
Salvia *hormini* folio.
Horminum *betonicæ* folio.
Betonica *scrophulariæ* folio.
Scrophularia *melissæ* folio.
Melissa *plantaginis* folio.

262. *Notæ collatitiæ cum aliis speciebus* ejusdem generis, *malæ sunt.*

Malæ, & vix priori præstantiores dicendæ differentiæ, a respectu ad plantas ejusdem generis desumtæ, si ab iis mutuetur terminus; addiscere unam ab altera, est discere per circulum, qui caret principio & fine. Vidistis, quoties species sub eodem genere collocatæ a recentioribus ad alia longe, & diversa genera amandatæ fuere; quo facto ex iis desumtæ Notæ erroneæ factæ sunt.

Cum hæ *Notæ* speciale examen subibunt, plura dicere hic supersedeo: modo proponam exemplum unicum, in quo videre liceat, quod *Viciæ* detur species *flore Viciæ*, & quidem tali flore, quali gaudet alia species Viciæ; ergo *Vicia sepium* gaudet flore *Viciæ*; ergo datur alia Viciæ species flore prioris, ergo & *Viciæ floris*, quem si non proferret, nec *Vicia* esset. Judicet sanus, num hoc nomen præstet præcedentibus.

VICIA, flore *Viciæ sepium sive dumetorum*, *vulgaris*. Raj.

263. *Nomen* Inventoris, *vel alius cujuscunque, in differentia non adhibeatur.*

Cum nomen specificum tantum includat notas plantæ inscriptas, quibus a reliquis sui generis distinguitur, sequitur, falsum esse, attributum ab Inven-

tore, vel Descriptore, vel Botanico, vel Medico, vel Illustri aliquo mutuatum, in nomine specifico recensere, cum nullus suum nomen vivæ plantæ inscribere queat.

Aliud est plantam describere, aliud denominare, aliud historiam dare: quod non observarunt, qui totam quantam plantæ historiam in differentia exhibere adgressi sunt.

α. ab Inventore.

Trifolium *gastonium*. Moris.

β. a Descriptore.

Gramen cyperoide *Boelii*. Lob.
Conyza tertia *Dioscoridis*. C. B.
Conyza media *Matthioli*. J. B.
Narcissus *Tradescantii*. Rudb. vall.

γ. ab Historia.

Sideritis *Valerandi Dovrez* brevi spica. J. B.
Trifolium alb. a *Fuchsio* depictum. J. B.
Campanula pulchra a *Tossano*, *Carolo* missa. J. B.
Mimosa Zeyl. a Domino *Hermans*, excellentissimi domini *Syen*. Breyn.

δ. In memoriam Viri.

Chamæpitys fl. plus quam eleganti f. *Plusqueneti*. Pluk.
Eriocephalos *Bruniades*. Pluk.

ε. In

e. *In memoriam Sancti.*

Amanita *divi Georgii.* D.
Thymbra *sancti Juliani.* Lob.

264. Locus *natalis species distinctas non tradit.*

Locus neminem beat, nec ullum immutat, ne quidem Suem, si vel Romam duceretur, ut proverbium sonat.

Locus plantas sæpe parum differentes reddit, speciem tamen nunquam immutavit, ne quidem in cerebro ullius sani Botanici. Hic enim varietatum sæpius pater, specierum vero nunquam extitit.

Loca natalia in nomine specifico adduxere Plukenetius, Petiver, Breynius, &c. fere in omni differentia, omnino persuasi se imperfectas orbi proposuisse differentias, si locus eas non intraret. Et quis contra diceret, Botanicos egregia nomina præstitisse ubi loca imposuere; norunt enim inde Hortulani, qua methodo ova plantæ cujuscunque excludantur. e. gr. Si plantam *Surinamensem* dixeram, solo prægnanti committantur semina, sin vero *Alpinam*, omnino non. Adeoque, qui Hortulanis solis scribant, retineant natalem dulcissimum locum; alii vero locum in Historia plantæ, æque clare describere possunt, ac unquam in nomine specifico; nam quid Regio ad differentiam. An *Plantago parisiensis* extra Parisios non nascatur? an proinde pro nova specie habenda sit ista, quæ in Suecia & Lapponia occurrit, ubi Parisiis nunquam; vel eget probatione, quod primum Parisiis creata sit.

Lysimachia Canadensis dicta hoc die in Dunis Belgicis ubique occurrit spontanea, tamen pro eadem specie habendam censeo, usque dum demonstretur Hominem Europæum, Indiam qui petierit, speciem mutasse.

Tournefortio adeo placuit locus, ut e solis nominibus specificis integrum ejus iter orientale per omnia loca quivis colligeret, qui nunquam itinerarium ejus inspexit.

H. L. B. Species *Mesembryanthemi* (Ficoidis) 54 recenset, quarum 51 afræ; quas notas tyrones plantæ inscriptas legere nesciunt, nec alii, qui nil credunt, nisi quod manus ipsorum oculatæ videant.

Lobelius & *Rajus cont.* & *extr.* dicunt plantas in locis meridionalibus pratenses, in septentrionalibus esse sylvestres.

Pontedera, Cæsalpinus, Tournefortius &c. easdem plantas in *Alpibus meridionalibus* prognasci prodiderunt, cum iis, quæ in *borealibus pratenses* sunt. In alpibus Italicis eædem proveniunt sæpe plantæ cum iis, quæ in Suecia pratenses sunt. In monte alpino *Ararat* observavit Tournefortius *Cotoneastrum folio rotundo.* J. B. *Conyzam acrem cæruleam.* C. B. *Hieracium fruticosum angustifolium majus.* C. B. *Jacobæam Senecionis folio*, *Euphrasiam* &c. quæ omnes in pratis Sueciæ vulgares.

Flora Lapponica me docuit plantas omnes *alpium lapponicarum* extra alpes *palustres* esse, uti *Sceptrum Carolinum*; *Betula foliis orbiculatis crenatis*; *Rubus caule bifolio unifloro*, *foliis simplicibus*; *Salices plures*; *Pinguiculæ*, *Pediculares*, *Daphne* &c.

Triglochin maritimum Rupp. crescit Upsaliis a mari per duodecim horas remotis, tamen specie eadem; quis dicet plantam maritimam nasci Upsaliis; nec crediderat hoc *Martinus* noster.

Sium

Sium aquaticum vidimus multoties in siccis hortis vigens & florens, tamen non magis species diversa, quam auceps & piscator.

Empetrum montanum crescit in montibus & paludibus.

Ex hisce constat vanas esse omnes differentias a regione & solo petitas, cum hæ variant & inconstantes sint.

O Bone Deus! quot plantarum species distinxerunt Botanici notâ culturæ, sativas, domesticas, hortenses quam infinitas dixere, licet sana ratio mere talem concipiat nullam; omnes enim plantæ in loco natali spontaneæ sunt, in hortis Botanicis vero sativæ.

Quid *vulgaris*, & *spontanea* aut *peregrina* sit, quid *communis*, quid *rara*, patet sano ex dictis, cum in his nulla nota constans, sed accidentalis & respectiva tota.

Cur Angli in verbum *Nostras*, magis quam alia natio ulla, proclives sint, me nescire fateor; confer Raji, Plukenetii, Morisoni, Petiveri nomina specifica de plantis rarioribus Angliæ, & observabis ita tamen esse.

α. *a Solo.*

Valeriana *sylvestris.*
——— *palustris.*
——— *campestris.*
——— *montana.*
——— *alpina.*
Mentha *arvensis.*
——— *aquatica.*
Alsine *nemorum.*
——— *pratensis.*
——— *littoralis.*

Vicia *ſegetum.*
——— *ſepium.*
——— *dumetorum.*
Glaux *maritima.*
Sedum *rupeſtre.*
Muſcus amans *uvida.*
Eryſimum juxta *muros.*
Erinaceus in *ſtrobilis pini.*
Fungus in *tabellis areolarum hortorum.*

β. a Frequentia.

Oenanthe	*rara.* Rd.
Hyoſcyamus	*peregrinus.* Rd.
Clematis	*peregrina.* C. B.
Apocynum	*peregrinum.* Br.
Valeriana	*hortenſis.*
Aſparagus	*domeſtica.*
Rapa	*ſativa.* C. B.
Scabioſa	*communior.* I. B.
Hydrocotyle	*vulgaris.*
Echium	*vulgare.*
Ocymum	*vulgatum.*
Muſcus	*vulgatiſſimus.* C. B.

γ. a Regione.

Sagittaria	EUROPÆA. Mor.
Acroſticum	Septentrionalium.
Orchis	*Lapponenſis.* Rd.
Calceolus mar.	Lapponum. Rd.
Pinguicula	Lapponum. Rd.
Orobanche	*Sueonum.* Rd.
Pentaphylloides	Suecicum. Plk.

Bugula

Bugula	Suecica. Mor.
Orobanche	Fundboënſis. Rd.
Acetoſa	*Moſcovitica.* Mor.
Enneadynamis	*Polonorum.* Geſ.
Cochlearia	*Danica.* C. B.
Cytiſus	*Germanicus.*
Gramen mar.	Boruſſorum.
Cytiſus	Ratisbonenſis.
Tataria	Hungarica. J. B.
Olea	Bohemica.
Chamæpitys	Auſtriaca.
Cirſium	Pannonicum.
Roſa	*Belgica.* C. B.
Cochlearia	Batavica. Hr.
Cochlearia	*Britannica.* Dod.
Cochlearia	Anglica.
Geranium	Lancaſtrienſe.
Erica	Cantabrica.
Virga aur.	Cambrica.
Liguſticum	Scoticum.
Tithymalus	Hibernicus.
Pulmonaria	*Gallica.*
Circæa	Lutetiana.
Aparine	Pariſienſis.
Anagallis	Gallo-provincialis.
Tamariſcus	Narbonenſis.
Alypum	Monſpelienſium.
Thymbra	*Hiſpanica.*
Alſine	Bœtica.
Chryſanthemum	Valentinum.
Juncaria	Salmanticenſis.
Phelypæa	Luſitanica.
Elephas	*Italica.*
Iris	Florentina.

Lapathum	Bononiense.
Chondrilla	Foro-juliensis.
Hieracium	Genevense.
Thapsia	Romana.
Kali	Neapolitanum.
Genista	Ilvensis.
Thlaspidium	Apulum.
Bulbocodium	*Græcum.*
Chamærhododendros	Pontica.
Salicornia	Cretica.
Ranunculus	Lesbius.
Brassica	Thracica.
Apocynum	Bithynicum.
Plantago	Chia.
Lithospermum	Delium.
Fungus typh.	Melitensis.
Scrophularia	Ephesia.
Atractylis	Cyprica.
Linaria	Patmia.
Phlomis	Samia.
Aster	Atticus.
Polium	Smyrnæum.
Ranunculus	ASIATICUS.
Fragaria	Orientalis.
Ranunculus	*Turcicus.*
Androsæmum	Constantinopolit.
Alcea	*Syriaca.*
Cyperus	Babylonicus.
Nux	Macedonica.
Avellana	Byzantina.
Iris	Chalcedonica.
Iris	Damascena.
Lilium	*Persicum.*
Stœchas	*Arabica.*

Rosa

Rosa	Hierichuntea.
Acacia	Mesopotamica.
Alcea	Javanica.
Apocynum	*Malabaricum.*
Hydrocotyle	*Zeylanica.*
Narcissus	*Japonicus.*
Urena	*Sinica.*
Moly	AFRICANUM.
Hyacinthus	Tripolitanus.
Ferula	Tingitana.
Populus	Lybica.
Arum	*Ægyptiacum.*
Solanum	*Guineense.*
Hyacinthus	Mauritanus.
Jacobæa	*Monomotapensis.*
Fritillaria	Capitis Bonæ Spei.
Fabago	Capensis.
Ricinus	AMERICANUS.
Virga aur.	Novæ Angliæ.
Serratula	Noveboracensis.
Geranium	Carolinum.
Rhus	Virginianum.
Saxifraga	Pensylvanica.
Solanum	Bonariense.
Virga aur.	Marilandica.
Phaseolus	Barbadensis.
Solanum	Bahamense.
Muscus	Floridanus.
Granadilla	Surinamensis.
Fragaria	Chiloënsis.
Phaseolus	Mexicanus.
Filix	Brasiliensis.
Sanicula	Canadensis.

265. Tempus *florendi vegetandique maxime fallax est differentia.*

Tempus plantarum florendi cum plantis inscriptum non sit, nec in differentia assumi debet.

Verum quidem est, magnum plantarum numerum certum quoddam observare florendi, excrescendi, marcescendique tempus, e. gr. *Africanæ* plurimæ florent sero autumno; *Alpinæ* plurimæ florent primo vere: attamen cultura & has, & alias, elusit plantas, vernales autumnales, uti & autumnales vernales esse docuit.

Quid Regio faciat ad tempus florendi, nulli non constat. e. gr *Aconitum hyemale* vulgi, & *Daphne* florent *Lugduni Bat.* mense Februario, *Upsaliæ* vero Aprili.

Viola martia & *Caltha palustris* in Belgio florent mense *Martio*, in Scania *Aprili*, in Uplandia *Majo*, in Lapponia mense *Junio*.

Betula vulgaris floret mense *Aprilis* in Belgio, *Majo* in Suecia, *Junio* in Lapponia.

Colchicum autumnale, quod omni autumno in Europa floret, transtuli in *Lapponiam*, ubi primo anno floruit mense *Augusto*, altero & tertio *Junio*, nec fructum produxit, id est, vernum factum fuit.

Sunt & plantæ plures, quæ certum tempus diei, certasque horas in florendo observant: e. gr. Die sereno existente, Soleque lucente, florent innumeræ; si vero tempestas oriatur nebulosa, & pluviosa, mox corollas claudunt, ne farina genitalis combibatur a pluvia; eam etiam ob causam omni nocte clauditur maxima pars florum; dum recentes adhuc sunt; at peracta

acta semel Venere, nec pluvias, nec noctes curant. Sic Sole orbem illuminante florent *Tulipa*, *Leontodon*, *Montia*, *Convolvulus*. Alii flores autem tantum noctes Veneri sacras faciunt, uti *Mirabilis*. Alii solas horas matutinas, ut *Tragopogon*. Alii solum meridiem, ut *Malvindæ* Dill. species unica; & *Bammiæ* Riv. Alii per unicum modo diem Veneri indulgent, ut *Tradescantia*, *Convolvulus*, *Mirabilis*, *Hemerocallis*, &c. Alii vero quamplurimos in eo transigunt dies. Has vero notas momentaneas cur assumemus pro fundamento distinctionum specierum, ubi evidentiores infinitæ prostant; hæc enim neglecta, nec observata hora, cur nostrum receptum fundamentum eludatur?

Obvertant suos flores Soli, & excipiant solares radios *Tithymalus helioscopius* C. B. *Succisa* I. B. *Helianthus*, *Tragopogon*, *Pilosella*, & Flores fere omnes præsertim *flavi*; adspiciam hunc eorum motum quasi voluntarium cum oblectamento summo, inde tamen differentias specierum non sumam, cum evidentiores ubique observo.

Valeant itaque nomina specifica desumta a Tempore florendi, sive sit

Ab Anno.

Tulipa	*Præcox.*
Tulipa	Serotina.
Crocus	*Vernus.*
Ranunculus	Vernus.
Saxifraga	Verna.
Geranium	*Æstivale.*
Aster	*Autumnalis.*
Crocus	Autumnalis.

Col-

Colchicum	Autumnale.
Aconitum	*Hyemale.*

A Mense.

Rosa *omnium Calendarum.*	
Rosa	Menstrua.
Viola	*Martia.*
Rosa	*Majalis.*
Boletus	*Julii* mensis.
Boletus	*Augusti* mensis.

Ab Horis.

Lychnis	*Noctiflora.*
Althæa	*Horaria.*
Malva *horæ undecimæ* Hort.	

266. Color *in eadem specie mire ludit, hinc in differentia nil valet.*

Nihil magis sensus nostros per visum ferit, quam color; hinc non mirum, quod oculi multorum ab eo toti capti fuere, ne dicam effascinati. Receptus fuit color primitus pro specierum diagnosi, at mox pro specierum judice. Non potest enim planta hoc ævo præsertim, ejusdem esse speciei cum altera, floris solum colore diversa, licet oculis non capti omnes videant *Mirabilem* & *Impatientem* in eadem planta centum producere diverse coloratos flores. Obstupesco quâ audacia, adplausu, privilegio, dum videam,

deam, cæca empiria muniatur. Quæ vos dementia cepit? Nonne nos videmus in nobiſmetipſis, in Bubus, Canibus, Felibus, Suibus, in omnibus manſuetis Quadrupedibus & Avibus; in Serpentibus & Piſcibus: in Inſectis & Vermibus, omni die, quod mater producat fetum ſæpe ſæpius colore diverſum. Cuinam lateat teterrimi Anguis conſpicillo inſignitæ, colore proteo ipſo magis variabilis, luſus? quam *Seba* decies & ter depinxit, uti in Theſ. Tab. 85. fig. 1. Tab. 89. fig. 1. 2. 3. 4. Tab. 90. fig. 1. 2. Tab. 94. fig. 1. Tab. 97. fig. 1. 2. 3. 4. Hunc ipſi imputatis errorem. Sed quid de Vobis apud poſteritatem futurum cenſeatis. Vos quot Volumina nominum ſpecificorum a colore deſumtorum conſcripſiſtis? Quantam æris molem deſtruxiſtis ſuperfluis iconibus; & quantum pecuniæ ſolo colore (an hoc fraude?) ex aliena crumena ſeu emtorum elicuiſtis? Qua in re Vos Anthophilis judicio præferam? Anthophili attentius colores diſtinguunt, licet limites, vel ultimam metam nunquam attingant, nec vos attigiſtis. Vos hauritis aquam e mare, quod evacuabitis nunquam; Vobis nova omni die creatio!

Certum eſt, quod colores cærulei, rubri, purpurei, & violacei facillime tranſeant in *album*. Certum quidem etiam eſt, quod Flores *lutei* rarius mutent colorem, tamen exceptionem admiſere millies, & vel in ipſis compoſitis Floribus. Adeatis Hyacinthos, Tulipas, Pulſatillas, Ranunculos, Dianthos, Primulas, & diſcite ſapere, nec nimium credatis colori.

Si ejiciatur hoc colorum caducum principium, excluduntur omnes ſpecies falſæ, ſeu quæ aliam differentiam nullam ſubminiſtrant; hocque modo ab onere plurium millium fictarum ſpecierum liberi eſtis.

Dixere Botanici e. gr. *Campanulam flore albo*, perſuaſi

ſuaſi ſe egregiam præſtitiſſe differentiam ſpecierum, licet vix ulla Campanula flore albo ſit, neque ſpeciei alterius varietas. Riſum quis tenuit, cum Hortulanos audiverit *Campanulam cæruleam flore albo* dicentes, id eſt *flore cæruleo flore albo*; attamen hi, tam abſurdi, ſapientiores illo fuere, qui *Campanulam flore albo* dixerat, illi enim agnoverunt colorem naturalem cæruleum, hic vero non.

Quid album ſit, quidque nigrum, non in me demonſtrare ſuſcipio, norit tamen hos colores quivis; quæro itaque ab omni viſu gaudente, num *Hyoſcyamus*, *Verbaſcum*, *Jacea* ſint *nigræ* plantæ, & *Bryonia alba*; mihi ſane virides hæ ſunt omnes.

Cum *elegantia* & pulchritudo maxime e colore concludatur, ſpecifica nomina ab ea hic proponam. Pulcherrima erant objecta *Muſci* Dillenio, *Fungi* Michelio, *Gramina* Scheuchzero, *Lithophyta* Marſilio, *Filices* Plumiero, *Compoſiti* flores Vaillantio, *Umbellati* Moriſono; ſic ſuum cuique pulchrum eſt; & quot capita, tot de colore ſenſus; nulla hic univerſalis lex; nulla valet hic demonſtratio. Olim *Tulipa* pulcherrima Anthophilis erat, nunc *Hyacinthus* pulchrior.

Quod valet de coloribus in flore, valet & in fructu, in ſeminibus, in ramis, in radice. Quæ floribus variant albis, variant & ramorum ſuperiorum albidiore, vel pallidiore vireſcentia.

a Flore.

Primula veris flore *luteo*.
——— flore *rubro*.
——— flore *albo*.
——— flore *ferrugineo*.

Auri-

Auricula urſi flore *coccineo.*
——— flore *purpureo.*
——— flore *violaceo.*
——— flore *variegato.*
Tulipa *verſicolor.*
Hyacinthus *non ſcriptus.*
Euphraſia *non ſcripta.*

a Fructu.

Melo fructu *luteo.*
Cucumis fructu *albo.*
Pepo fructu *variegato.*
Malus *maculis vitreis.*
Prunus fructu *atrocæruleo.*
Prunus fructu *flavo.*
Prunus fructu *cerei* coloris.

a Seminibus.

Papaver ſemine *albo.*
Papaver ſemine *nigro.*
Sinapi ſemine *rufo.*
Sinapi ſemine *luteo.*

a Radice.

Rapa radice *candida.*
——— radice *obſolete nigricante.*
——— radice ſupra terram *viridi.*
——— radice foris & intus *flaveſcente.*
Daucus radice *atro-rubente.*
——— radice *aurantii coloris.*
——— radice *lutea.*

a Planta.

Brassica *viridis.*
——— *rubra.*
——— *alba.*
Bryonia alba.
Marrubium album.
——— *nigrum.*
Hyoscyamus niger.
Verbascum nigrum.
Martagon *cruentum.*

a Foliis.

Agrifolium foliis ex *luteo variegatis.*
——— fol. ex *albo variegatis.*
——— fol. limbis & spinis *argenteis.*
——— ——— ——— *aureis.*
Salvia *tricolor* argentea.
Ocymum *maculatum.*
Esula *punctis croceis* notata.
Malva foliis margine superius *micis sulphureis ad solem splendentibus* donatis. Moris.

a Pulchritudine.

Alypum s. Frutex *terribilis.*
Hyacinthus stell. *amœnus* C. B.
Cotula calyce *eleganti* T.
Gr. Cyperoides *elegans* Raj.
Filix saxatilis *elegantissima* H. R. P.
Campanula *pulchra* I. B.
Verbesina flore *pulchriore.* I. B.
Filix scandens *perpulchra* Br.
Poinciana flore *pulcherrimo* T.

267. Odor *speciem nunquam clare distinguit.*

Sperabam quondam Botanicum eum esse, qui plantas visu dignosceret: sed observo, quod nisi odor, sapor, & tactus adsint, & quidem promtissimi, nil valeat Botanicus; Doleo eam ob causam istas nationes, quas morbus dirus, Pica ac Malacia nasi dictus, ita infecerit contagioso Tabaci veneno, ut non modo olfactum debilitaverit, sed & nervos olfactorios densissimo obvelavit callo, ut nulla amplius supersit odoratus potestas.

Circa terminos artis in Botanicis ab odore desumtos certe res est maxime intricata, cum in odore tam paucas novimus species: *gratum* & *ingratum*; *remissum* & *intensiorem*; attamen in plantis longe plures observamus e. gr. in *Maro*, *Melissa*, *Myrica*, *Absinthio*, *Allio*, *Filipendula*, *Aro*, *Orchide*, *Nyctanthe*, *Polianthe*, *Camphora*, *Palmaria*, immo fere in singula planta ejusque flore diversum. Sed ubi hic limites reperiam? quomodo terminos definiam? qui enim *puero* nauseosus est odor, ille idem *Hystericæ* gratissimus. *Rusticus* pharmacopolium intrans ob aromatum odorem deliquescit, at admoto stercore vaccino naribus reviviscit.

Omnis odoris notitia solâ *experientiâ* addiscitur; debet itaque, qui solo odore species distinguere velit, & omnes odores a Botanicis datos nosse, eosque experientia addiscere, ut sciat terminos suæ artis necessarios. Si debeat & prostitutæ libidinis scorta adire, ut addiscat, quem odorem istorum loculi, ex congesta im-

pura illuvie, ſpirant, neceſſe eſt ut naſo caveat, cum anguis lateat ſub herba; vide *Lobelium* in Adverſariis pag. 97.

Qui valet odore diſtinguere *Ocymum Caryophylli*, *Citri*, *Aniſi*, *Fœniculi*, *Meliſſæ*, *Cinnamomi*, *Styracis* & *Rutæ* odore, me ſuperat odoris vi, ego potui has ſpecies omnes nunquam meo naſo reperire.

Meum etiam naſum ſuperat terminus iſte Moriſonianus de odore *medio modo odorato* in *Agrimonia*.

Ergo cum hic limites ſint nulli, cum nulla demonſtrabilis detur certitudo, cum odore varient plantæ, mihi non inſerviet odor pro ſpecierum diſtinctione, nec nomine ſpecifico; adeoque aſſumam differentias ab odore nunquam; mihi enim arrident termini definiti & demonſtrati, de quibus poſtea.

a Plantis aliis.

Ocymum *caryophyllatum* C. B.
——— *citri* odore.
——— *aniſi* odore.
——— *fœniculi* odore.
——— *meliſſæ* odore.
——— *cinnamomi* odore.
——— *rutæ* odore.
——— *ſtyracis* liqu. odore.
Orchis odore *Sambuci*.

a Speciebus odoris.

Hypericum *hircinum* Rd.
Orchis odore *hirci*.
Natrix odore *mithridatii*.
Melo *moſchatus*.
Agrimonia *medio modo* odorata. Moriſ.

Atri-

Atriplex *vulvaria* de meretricum impuris loculis olens. Lob.
Arbor *merdam* olens.

a Tempore.

Geranium *noctu* olens.
Hesperis *noctu* olens.
Caryophyllus *inodorus*.

268. Sapor *pro ratione manducantis sæpe variabilis est, hinc* in *differentia excludatur.*

Idem quod de odore valet, valet & de sapore, hinc unanimis mortalium consensus, quod de odore & sapore non sit disputandum.

Alius nobis sapor in teneris annis, dum solum dulcia placent; alius in decrepitis est, cum solum acriora salivam movent.

Plantæ similiter omnes in *sylvis* sunt duriores, magis amaræ, vel austeræ; sed mitescunt per *culturam*, dulcioresque evadunt plurimæ.

Acerbi fructus Sylvestres *Citri*, *Pyri*, *Mali*, *Mespili*, *Ribes*, per culturam adeo mitescunt, ut multi diversas credant species.

Ingratum istud APIUM *palustre*, sola cultura palatis nostris adeo gratum redditur, ut *dulce Italis* dicatur.

ALLIUM apud nos adeo fœtens, in Græcia omnis fœtoris expers esse testatur *Sponius* itin.

CICHORIUM istud *sylvestre*, foliis sinuatis, amarum est, per culturam deponit pro magna parte amaritiem.

LACTUCA, *opii succo viroso* in sylvis, per culturam evasit gratissimus, & saluberrimus cibus.

Ergo variant sensus nostri & sapores; variant plantæ; hinc utrinque incertitudo, adeoque erronea nota in differentia omnis erit a sapore mutuata.

Idem valet & de *Auditu*; licet hoc sensus organum rarius a Botanicis in auxilium vocatum fuerit, uti in *Arbore crepitante*.

a Sapore plantæ.

Apium *ingratius.*
——— *dulce.*
Lactuca *opii succo viroso.*

a Sapore fructus.

Pisum cortice *eduli.*
Pyrus fructu *saccharato*, in *ore liquescente.*

Horrenda differentia.

Arum summis labris degustantes *mutos* reddens. *Sloan.*

269. Usus *differentiam Botanico vanam subministrat.*

Qui nomina plantarum specifica ab usu vegetabilis constituerunt, ignorasse videntur, quid sit nomen specificum, quodque primariam differentiam includeret. Usus enim & virtus plantarum plantæ inscriptus cum non sit, ita nec in oculos Botanophili incidit.

Annon & una eademque planta sæpe diversum det usum utenti pro diversa usurpantis volupe.

Qui vires medicinales plantæ nominibus inseruere, mihi etiam nimis videntur empirici; unum idemque medicamentum in vario morbo, subjecto, tempore, varium sæpe dat effectum.

Plantas prius nosse studendum, dein earum attributa, historias, & usus, nec ab usu plantas. Quis *Aconitum* primum observans sciat, utrum *venenatum* sit illud, an *salutiferum*, certe experimentum in his periculosum esset; quis *Solanum* examinans dicat, utrum sit *somniferum*, *furiosum* vel *lethale*; quæ attributa nunquam demonstrantur, nisi per usum, (si non vis credere, gusta) & tum admodum charo emeretur nomen specificum; nil enim charius emitur, quam quod vita redimitur.

In Quadrupedibus, aliisque animalibus, vires medicamentorum experiri non semper valet per conclusionem ad homines; Amygdalæ amaræ summa venena Canibus, Equis, Psittacis &c. Quæ animalia mox necant, a quibus tamen homines nullos mortuos, licet multos copiose eos assumsisse, noscamus.

Quid receptum magis in differentiis, quam officinalis usus. Hinc *C. Bauhinus* & *Rivinus* circa maximum plantarum officinalium numerum, vocabulum *officinarum* in nomine adposuerunt; quid hoc ad notitiam plantæ? Quam multæ enim in una regione officinales sunt, in altera vero non? non decet Botanicum Pharmacopolas adire, ut ab iis addiscat plantas, sed a Botanico Pharmacopola instruatur, necesse est. Relinquo itaque sequentia, & similia nomina specifica.

a Pharmacopolio.

Agrimonia *officinarum*. C. B.
Euphrasia *officinarum*. C. B.
Sanicula *officinarum*. C. B.
Calamintha *officinarum Germaniæ*. C. B.
Martagon *alchymistarum*. Lob.
Hieracium *usuale*. Rd.

a Vita.

Solanum *lethale*.
Aconitum *salutiferum*.
Persea in *Perside noxia*, *vesca in Ægypto*. Pluk.

a Morbis.

Menyanthes *antiscorbutica*. Pluk.
Cannabina *lithontriptica*. Br.
Rhamnus *catharticus*. C. B.
Linum *catharticum*. Rupp.
Carduus *sudoriferus*. Moris.
Solanum *somniferum*. Vet.
Solanum *furiosum*. Vet.

ab

ab Oeconomicis.

Genista *scoparia.*
Rubia *tinctoria.*
Dipsacus *fullonum.*
Ricinoides ex qua paratur *Tournesol* Gallorum. T.

a Diæta.

Pisum cortice *edili.*
Pisa quæ simul cum *folliculis comeduntur.* Volck.

ab Historia.

Punica quæ *Malum Granatum* fert.
Cannellifera arbor *cortice ignobiliore*, cujus folium *Malabathrum* officinarum. Br.

270. Sexus *nullibi species diversas constituit unquam.*

Completa est Generationis machina cum partes omnes appropriatæ una simul collocentur, ut in plantis plurimis, maximaque parte Regni vegetabilis, ubi Hermaphroditi fœcundi & fertiles ex maxima parte sunt incolæ; aliam & diversam legem imposuit Summus Conditor animalibus pluribus, quibus dimidiata concessit organa servanda, duo individua vota sua, ubi de propagatione ageretur, conferre jussit. Hinc sexus distinctus, *mas* & *femina*, uterque alterius auxilio destitutus, imperfectus; hinc *hi duo unum erunt.*

Ut Regni Animalis incolæ maxima ex parte ſexu diſtincti exiſtunt, Mares ſc. & Feminæ, ſic & in Vegetabili maxima incolarum phalanx Hermaphrodita: tamen multæ etiam occurrunt plantæ ſexu diſtinctæ, Mares & Feminæ abſolutæ dicendæ, uti omnes ſub Dicœcia conſtitutæ. Vide harum catalogum α.

Vana, erronea, nec perferenda eſt Veterum diviſio plantarum ab alio, quam fructificationis deſumto fundamento petita, hinc ejicienda, nec ferenda, uti β.

Nullus fuit Zoologus, qui unquam prætendit Mares & Feminas eſſe diſtinguendas in duas ſpecies, & integrum fere Regnum animale duplicandum; Quis ſtatuit unquam Canem a Canicula, Taurum a Vacca, Gallum a Gallina diſtinctas & diverſas eſſe ſpecies? ut hoc in Regno animali inconſultum eſſet, ita & in Regno Vegetabili æque inſipidum, ubi eadem lex, & quidem abſque metaphora, omnium oculis ſeſe offert.

α. *Sexus diſtinctus*, vere, *a Natura.*

Valliſneria	*Maſ.*	*Femina*	1 cum 3.
Salix	*Maſ.*	*Femina*	1 --- 2.
Oſyris	*Maſ.*	*Femina*	3 --- 1.
Hippophaë	*Maſ.*	*Femina*	4 --- 1.
Anthoſpermum	*Maſ.*	. . .	4 --- . .
Myrica	*Maſ.*	*Femina*	4 --- 2.
Urtica	*Maſ.*	*Femina*	4 --- 1.
Piſonia	*Maſ.*	*Femina*	5 --- 1.
Piſtacia	*Maſ.*	*Femina*	5 --- 1.
Spinacia	*Maſ.*	*Femina*	5 --- 4.
Cannabis	*Maſ.*	*Femina*	5 --- 2.
Humulus	*Maſ.*	*Femina*	5 --- 2.
Zanonia	*Maſ.*	*Femina*	
Rhus	*Maſ.*	*Femina*	5 --- 3.

Ala-

Alaternus T.	*Maſ.*	*Femina*	5 --- 1.
Smilax	*Maſ.*	*Femina*	6 --- 3.
Rumex	*Maſ.*	*Femina*	6 --- 3.
Tamus	*Maſ.*	*Femina*	6 --- 1.
Rajania	*Maſ.*	*Femina*	6 --- 3.
Populus	*Maſ.*	*Femina*	8 --- 1.
Croton	*Maſ.*	*Femina*	15 --- 3.
Laurus	*Maſ.*	*Femina*	8 --- 1.
Mercurialis	*Maſ.*	*Femina*	9 --- 2.
Hydrocharis	*Maſ.*	*Femina*	9 --- 6.
Nyſſa	*Maſ.*	*Femina*	10 --- 1.
Carica	*Maſ.*	*Femina*	10 --- 1.
Kiggelaria	*Maſ.*	*Femina*	10 --- 5.
Coriaria	*Maſ.*	*Femina*	10 --- 5.
Cliſſortia	*Maſ.*	. . .	100 --- ..
Aruncus	*Maſ.*	*Femina*	100 --- 3.
Juniperus	*Maſ.*	*Femina*	4 --- 3.
Taxus	*Maſ.*	*Femina*	4 --- 1.
Ephedra	*Maſ.*	*Femina*	4 --- 2.
Ruſcus	*Maſ.*	*Femina*	1 --- 1.
Phœnix	*Maſ.*	*Femina*	3 --- 1.
Boraſſus	*Maſ.*	*Femina*	6 --- 3.
Begonia	*Maſ.*	*Femina*	100 --- 3.
Polytrichum	*Maſ.*	*Femina*	1 --- 1.
Sphagnum	*Maſ.*	*Femina*	1 --- 1.
Rhodiola	*Hermaph. Maſ.*	*Femina*	8 --- 4.
Chamæropſ.	*Maſ. Hermaph.*	*Feminea*	6 --- 3.
Morus	*Maſ. Femina.*	*Hermaph.*	4 --- 1.
Empetrum	*Maſ. Femina.*	*Hermaph.*	3 --- 1.
Fraxinus	*Maſ. Femina.*	*Hermaph.*	2 --- 1.

β. *Sexus diſtinctus*, male, *a Botanicis.*

Anagallis	*Maſ.* &	*Femina.*
Ariſtolochia	*Maſ.*	*Femina.*

Abro-

Abrotanum	*Maſ.* &	*Femina.*
Abies	*Maſ.*	*Femina.*
Amaranthus	*Maſ.*	*Femina.*
Balſamina	*Maſ.*	*Femina.*
Caltha	*Maſ.*	*Femina.*
Ciſtus	*Maſ.*	*Femina.*
Cornus	*Maſ.*	*Femina.*
Criſta galli	*Maſ.*	*Femina.*
Ferula	*Maſ.*	*Femina.*
Filix	*Maſ.*	*Femina.*
Mandragora	*Maſ.*	*Femina.*
Nicotiana	*Maſ.*	*Femina.*
Orchis	*Maſ.*	*Femina.*
Pæonia	*Maſ.*	*Femina.*
Pulegium	*Maſ.*	*Femina.*
Quercus	*Maſ.*	*Femina.*
Symphytum	*Maſ.*	*Femina.*
Tilia	*Maſ.*	*Femina.*
Veronica	*Maſ.*	*Femina.*

271. Monſtroſi *Flores & Plantæ omnes a Naturalibus originem trahunt.*

Omnes ſpecies originem familiæ ſuæ primam ab ipſiſſima Omnipotentis Creatoris manu numerant; creatis enim ſpeciebus æternam legem generationis & multiplicationis intra ſpeciem propriam impoſuit Naturæ Author rebus. Conceſſit quidem externum ſæpe luſum, at metamorphoſin ex una in alteram ſpeciem nunquam. Hinc duplices hodie inter plantas differentiæ; alia vera, Sapientiſſimâ manu omnipotentis producta diverſitas; alia vero, ludentis

tis naturæ, in externa crusta varietas. Seratur Hortus mille diversis seminibus, accedat Hortulanorum diligens cura in producendis monstris, & post annos aliquot continebit sex millia varietatum, quas Botanicorum vulgus species dicit. Ego itaque distinguo species Omnipotentis Creatoris seu veras, a varietatibus Hortulanorum monstrosis; istas ob Authorem maximi facio, has ob authores respuo. Istæ persistunt, & perstitere cum mundo; hæ, ut monstra, brevi gaudent vita.

Monstra ista variegata, multiplicata, plena, prolifera, gigantea luxuriant, & aspicientium oculos Protea varietate fascinant, quamdiu Hortulani idolo suo quotidiana faciant sacra, neglectis his in cassum ruunt hæ lūdentes umbræ. Hinc *Virgilius* Georg. I.

Vidi lecta diu, & multo spectata labore
Degenerare tamen: ni vis humana quotannis
Maxima quæque manu legeret: sic omnia fatis
In pejus ruere, ac retro sublapsa referri.

Persistant, si placeat in Hortulanorum systematibus; at e sani Botanici systimate rejiciantur plantæ omnes floribus multiplicatis, plenis, proliferis, ut monstra abortientes.

Abortientes.

Tragopogon *abortivum* Loes.
Scorzonera *pulveriflora* T.

272.

272. Hirſuties *facillime fallax eſt differentia, cum ſæpe cultura deponatur.*

Si alia manifeſtior & certior detur in planta differentia, ad hirſutiem aufugere nefas eſſe judico, ni alia ſpecies tota glaberrima ſit, altera vero admodum hirſuta, nec in his unquam obſervatum ſpecies depoſuiſſe villoſitatem.

Quamplurimæ plantæ, prima qua e ſeminibus, radice vel gemmis erumpunt tempeſtate, hirſutiſſimæ ſunt, ut *Fagus*, & aliæ, quæ adultæ, totæ glabræ evadunt.

Heliocarpos, nuper enata arbor, folia gerit malvæ inſtar tomento obducta, at poſt aliquot annos, & dum adoleverit, tota glaberrima eſt.

Triumphetta, dum e ſemine enaſcitur, Heliocarpo adeo ſimilis eſt, ut vix diſtingui queat, at in hac adulta indurantur villi, & hiſpida evadit planta.

Perſicaria amphibia Pluk. in *aquis* nata, folia nitida, glaberrimaque gerit; in *ſiccis* vero hiſpida, obſcura.

Aſperula ſylvatica Rupp. in *ſylvis* folia villoſa producit, in *cultis* hiſpida.

Acinos Riv. in *aliis locis* erecta, in *aliis* procumbens eſt; in *aliis* foliis glabris, in *aliis* lævissimis variat.

Succiſa I. B. in *apricis* foliis glabris ſe offert, in *ſatis* & *umbroſis* vero foliis hirſutis.

Coronopus hortenſis & *maritimus* in locis *humidis* folia

folia lævia & integra; in *siccis* folia hirsuta & dentata profert. *Pluk. alm.* 299.

Martagon sylvaticum Rup. totum hirsutum est, at hirsutiem per culturam deponit. *Rupp. jen.* 119.

Alchemilla foliis simplicibus Fl. lapp. 66. in *apricis* & *siccis* glabra, procumbens, flavescens; in *spongiosis umbrosis humidiusculis* erecta, patula, & hirsuta observatur.

Septentrionales plantæ plures hirsutiem & pelles quasi induunt, ut *Comarum*, quod *Pentaphylloides palustre rubrum*, CRASSIS & VILLOSIS FOLIIS, SUECICUM & HIBERNICUM Pluk. & Bugula *non crenata tomentosa Suecica.* Pluk.

Cerastia in *alpibus* lapponicis sæpius hirsutissima, rarius, ut in *Hortis* nostris, lævia occurrunt.

Quod de hirsutie valet, valet & de spinis, aculeis, & aliis plantarum armaturis.

Quid *Cultura* faciat, & quam miro modo ferocissima animalia domet, nulli non notum est; exempla demonstrantia produnt incultæ barbaræ nationes collatæ cum cultissimis. *Urus* in sylvis horrendæ instar feræ, & indomabilis animalis grassatur cornibus; fronteque torvo est, & rugoso: specie tamen non differt a Bobus nostris mansuetis, sed tantum cultura: immo longa dies docuit homines domare Leones, Ursos, Tigrides, Canes, horrenda ista animalia, mansueta per culturam & innoxia facta.

Uti Urus per culturam obliterat frontis rugos, cornuumque acumina; uti homines politissimi facie serena a sylvestribus, torvis, & suspectis differunt; sic etiam plantæ. e. gr.

Cichorium in *sylvestribus locis* gaudet foliis acute sinuatis & dentatis, in *satis* vero sinus hos obliterat. Quo magis dentatum est (in *sylvestribus*), eo amarius,

rius, ingratius; quo minus (in *cultis*) eo & minus amarum, & palato acceptius est.

Pyrus, *Citrus*, *Limon*, *Aurantium*, *Mespilus*, *Oxyacantha*, *Grossularia*, *Cynara* &c. in *sylvis* spinosissimæ plantæ, & fructum acerbum, vel austerum, vel acidum, vel amarum producunt; in *hortis* cultæ spinas deponunt, fructu mitescunt, suavissimæque evadunt.

Caute itaque ab his desumatur differentia, ne eludat Botanicum locus.

273. Duratio *sæpe magis ad locum, quam ad plantam pertinet; in differentia itaque eam adhibere non arridet.*

Certe mihi non arridet in differentia specifica durationi & ætati plantæ locum concedere, si sufficiens alia existat ulla. Non nego, quin inter herbas & arbores sæpe sæpius sufficientissima intercedat nota, ni suffrutices & frutices in eodem genere has notas per gradus ascendere faciant; quod si fiat, minime admittendum est durationis signum.

Annuas inter, & perennantes radice plantas sufficiens non intercedit nota specifica. Plurimæ enim plantæ spontaneæ perennes sunt, at in hortis cultæ annuæ evadunt: uti *Beta*, *Majorana*.

In calidis regionibus quam plurimæ dantur plantæ radice sæpius perennantes, quæ apud nos Europæos, præsertim septentrionales, annuæ sunt omnes; uti *Mirabilis*, *Tropæolum*.

Dantur & in calidis regionibus, vel hybernaculis serva-

ſervatæ, plures plantæ ſuffruteſcentes, quæ, noſtro aëri commiſſæ, annuæ ſunt, uti *Nicotiana*, *Majorana*.

Quamplures plantæ per plures annos hyemis noſtræ violentiam ferunt, calidæ adhuc Virgines: at deſloratæ ſemel, nec natura, nec arte ulla frigidæ mortis faucibus eripi poſſunt, uti Muſa, Ricinus, Malva, Dianthi, Lychnides, &c.

Hinc ſapiens ſciat, in quibus familiis locum durationi concedat, & in quibus non: Et quod, ſi ſufficientes aliæ notæ, nec maxime evidentes, ac hæ ab ætate petitæ, durationi locum in Differentia non concedat doctus Botanicus.

274. Multitudo *plantæ ſæpe loco mutatur.*

Idem & ſentiendum de notis ſpecificis a multitudine plantæ petitis, ac his, quæ per culturam variant.

Trifolium quadrifolium hortenſe C. B. nil differt a trifoliato magis, quam homo ſex digitis ab alio.

Plicatæ evadunt plantæ, ſi plures caules excreſcentes per anguſtiam exire cogantur, ſeſeque tangant mutuo, & connaſcantur, qualia exempla vel caſu, vel arte, videmus quotidie in *Tragopogone*, *Cichorio*, *Scorzonera*, *Aſparago*, *Heſperide*, *Beta* &c.

Criſpæ evadunt plantæ per culturam, forte ob nimium nutrimentum, nimiamque expanſionem folii: hinc male a non criſpis diſtinguuntur hæ.

Anguſtifoliæ & *Latifoliæ* ſolo loco differunt, ut *Pimpinella Fl. lapp.*

Erectæ a *Procumbentibus* maxime quidem differunt, & notam præbent optimam, modo caute desumatur ab his differentia: omnes enim plantæ in ALPIBUS enatæ procumbentes sunt, extra eas licet erectæ surgant, uti *Betula*. Plantæ plurimæ extra AQUAS erectæ, in aquis procumbentes & natantes evadunt, uti *Persicaria*, *Gramina*, *Potamogeton*, *Sparganium*.

Hinc has dum assumimus notas, caute id agamus opus est.

Plicatæ.

Carduus monstrosus, figura *cornu copiæ*. C. B.
Asclepias af. aiz. folio *compresso digitato* & *cristato*. B.

Crispæ.

Cichorium *crispum*. T.
Lactuca *crispa*. C. B.
Tanacetum foliis *crispis*. C. B.
Sphondylium *crispum*. I. B.
Nasturtium *crispum*. I. B.
Apium *crispum*. C. B.
Ocymum *crispum*. C. B.
Ocymum foliis *bullatis*. C. B.

275. Radix *differentiam ſæpe ſubminiſtrat: ad eam tamen, niſi omnes aliæ interclusæ ſint viæ, non confugiendum eſt.*

In antecedentibus de notis lubricis & erroneis mentionem fecimus: progredimur vero nunc ad iſtas plantarum partes, quæ certiores ſubminiſtrant, inter quas prima pars plantæ radix eſt.

Radix, ſecundum ſuas ſpecies (de quibus agendum in Philoſophia Botanica §. 275.) certas & fundamentales offert notas: modo agatur de ejus ſtructura, non vero duratione. §. 273.

Si vero alia, in planta, æque certa exiſtat nota, ad radicem non confugiendum, ob incommoda inde futura Botanicis:

α. Non enim licet ſemper eradicare plantam, præſertim rariorem, quæque inde facile periret.

β. Nec commodum foret ſemper ſecum inſtrumentum portare, quo evelleretur.

γ. In aquaticis & paludoſis plantis difficillime eximeretur radix.

δ. In Herbariis vivis radix vix ſine ſumma difficultate & deformatione adglutinari poteſt.

ε. Nec in vivis plantis conſpectum noſtrum incurrit radix, ut reliquæ plantæ partes.

Hinc, quo quid facilius impetratur, eo gratius: neceſſitati tamen lex nulla poſita eſt.

Scillæ ſpecies vix ulla alia nota, tam certo diſtinguuntur, ac a radice.

Fumariæ bulboſæ a reliquis radice certiſſime diſtinguuntur: huic tamen notæ longe præfero calycis abſentiam; FUMARIA *radice cava major* C. B. bracteis integris gaudet, & *Fumaria bulboſa radice non cava major* C. B. bracteis inciſis notatur; hinc a bracteis æque certo, ac a radice, deſumeretur differentia, niſi *Fumaria bulboſa radice non cava minor* C. B. hunc bractearum uſum rejiceret.

276. Trunci *notæ differentias ſæpe optimas dant.*

Trunci varias qui examinat ſpecies, F. B. 82, obſervabit vix dari in plantis notam ullam, hac magis evidentem & perſpicuam; attamen uti truncus pauciores producit ſpecies, ita & rarius inſerviet; e. gr. LUPINUS *caule compoſito.*

277. Folia *elegantiſſimas naturaliſſimaſque differentias exhibent.*

Nulla pars in planta exiſtit, quæ magis plantæ faciem, quam ipſa folia, diverſam reddunt, nec eſt pars plantæ ulla, quæ tam varias ſubit ſpecies, ac folia; hinc aſſevero, quod a foliis deſumtæ differentiæ, ſint & facillimæ, & evidentiſſimæ, & copioſiſſimæ, & certiſſimæ: immo tanta in his latet diverſitas, ut non modo audeam ſtatuere, quod maxima pars ſpecierum ſolis foliis diſtingui poſſit, ſed

&

& ferme persuasus sum, quod omnes Herbæ, & Arbores, & Filices, & Musci, & Lichenes possent solis foliis, si accuratius institueretur examen, dividi, exceptis forte ab his solis Culmiferis.

Foliorum species, uti multæ admodum, simulque maxime necessariæ, primum erit Tyronis accurate distinguere, verasque istarum definitiones tenere; simulque examinare omnia folia quam attentissime; latent enim adhuc species infinitæ, nec nominatæ, nec definitæ; latent in his glandulæ nectariferæ, & aliæ partes a paucis, ne dicam nullis, Botanicis in usum vocatæ.

De his plura in Philos. Bot. §. 83. ubi definitiones tradam.

278. Fulcra *communiter optimas differentias relinquunt.*

Fulcrorum species §. 84. recensuimus, quibus addenda est adhuc species unica, quam *Stipulam* dicimus, partem plantæ in maxima vegetabilium parte obviam, nec nomine, nec charactere, (quod miror maxime) adhucdum insignitam, adeo licet necessaria & inevitabilis in nomine specifico, ut practicum ea destitui non posse judicemus.

Horum certos sibi acquirat studiosus characteres, & æquivocos artis terminos evitet ubique; examinet dein hæc attente in speciebus omnibus, nec excludat unquam ea in descriptione ulla; Hæc enim species diversas distinguunt, at easdem conjungunt certissime; per has videbit infinitas observationes, alios quæ latebunt semper.

Caveat, ne confundat Folia floralia & Bracteas Tyro, Bracteas ne misceat cum Stipulis, neve Pedunculos cum Petiolis.

279. Fructificationis locus *maxime realis est differentia.*

Fructificationis situs, vel locus in planta itidem primarias sæpius tradit differentias, immo tanta est, ut & *Rajani* & *Riviniani* hujus ob causam genera separanda statuerint. Concedam, quod in speciebus inter primas locum teneat Situs: tamen in generibus determinandis non assumi posse demonstrabitur mechanice per appropriatas specierum definitiones in §. 85. dandas, &, quomodo se invicem excipiant species Situs fructificationis, omnibus ante oculos ponam.

280. A Partibus Fructificationis, *nisi summa cogat necessitas, nulla expascenda est differentia.*

Absit, quod ullus credat me respuere, & imperfectas judicare differentias a partibus fructificationis mutuatas, sed longe aliter sciat me persuasum esse, vix unquam certo ullum species a varietatibus distinguere & dijudicare, qui fructificationem attente non examinaverit. Variant quidem fructificationis partes, æque ac aliæ, attamen in sola fructificatione tot continentur partes differentes numero, figura, proportione, & situ, ut vix tot in tota reliqua planta.

Omnis

Omnis fructificatio gaudet sua essentiali nota generica, licet a nobis non semper primo intuitu observetur. Omnis fructificatio etiam certam & essentialem producit notam specificam, uni, non pluribus speciebus communem. Felix est, qui specificas notas & genericas distinguere potuit; felix, qui essentiales reperit.

Nomina specifica in *Hyperico* frustra elaborare conatus sum, usque dum fructificationem adgrediebar. Varietates specierum multæ sunt in Gentianis, & Hypericis. Neglecta fructificatione in his, fluctuabit Botanicus incertus semper.

Velim autem, ne quis ad fructificationem, nulla urgente necessitate, confugiat, cum flores & fructus brevi, in plurimis vigeant, attamen semper plantas nosse nostrum erit studium. Si folia, quæ durant, quæ priora & posteriora erunt, sufficientes & evidentiores dent differentias, cur ab his non sumatur nomen specificum? accusant dein nos nimiæ subtilitatis isti nimis obtusi Botanici, qui examinare fructificationis partes nec volunt, nec possunt.

Exempla nominum specificorum a radice, trunco, fulcris, foliis & fructificatione desumtorum recensere heic loci supersedeo, cum ea in Horto Cliffortiano reperiet Botanicus.

281. *Notæ* genericæ *in differentia usurpatæ, absurdæ sunt.*

Tyro, qui primum fructificationis examinare adgreditur partes, reperiet tam multas, tamque infinitas notas singulares, ut nullum ante se flores in-

ſpexiſſe crederet; hinc ipſi primum tot nova genera fere, quot ſint ſpecies; at cum aliquot in ſuo examine tranſegerit annos, primum notas eſſentiales genericas reperiat, eaſque diſtinguere incipiat: tumque in aliud extremum facile labitur, deque omnibus dubitat. Si vero in eodem genere ipſi unica modo offeratur ſpecies, incertus hærebit, quo natura vergit: at ubi plurimos diſſecuit flores diverſarum ſpecierum, certior ipſi datur via. Caveat, ubi pauciores ſui generis ſpecies viderit, a fructificatione differentiam elicere, ne characteriſticas generum ſpecificis miſceat notas.

Veteres, qui characteres genericos a fructificatione deſumtos ignorarunt, ſæpe a fructificatione notas genericas in differentia tradidere, hoc magis, ut differentiam aliquam dediſſe viderentur, quam ut differentiam veram præſtarent: differentia enim diſtinguat ſpecies, non genera. e. gr.

Jacea *capitata* & *ſquamata*. I. B.
Anthyllis *leguminoſa*. I. B.
Polygala *ſiliculoſa tetrapetala bicapſularis*. Mor.
Aponogeton *ſtaminibus ſingularibus*. P.
Apocynum *fl. umbellatis, petalis reflexis, ſiliquis folliculatis*. Herm.
Guajacum *aceris ſ. burſæ paſtoris fructu*. Br.
Fontinalis *capitulis in foliorum alis ſeſſilibus*. R. S.

282.

282. *Differentia omnis e* Numero, Figura, Situ, & Proportione *variarum plantarum partium necessario desumatur.*

Diximus in antecedentibus, quæ notæ fallaces sint, scilicet *magnitudo* §. 260. *notæ collatitiæ* §. 261. 262. *locus* §. 264. *tempus* §. 265. *color* §. 266. *odor* §. 267. *sapor* §. 268. *usus* §. 269. *sexus* §. 270. *monstrositas* §. 271. *hirsuties* §. 272. *duratio* §. 273. *multitudo* §. 274. Hic autem uno verbo, quæ certæ & fundamentales: *numerus* scilicet, *figura*, *situs*, & *proportio*, quatuor hæc fundamenta mechanica, quæ ut in generibus omnem certitudinem relinquunt, sic & eandem in specificis.

Ex hisce quatuor dependet externa structura plantæ, quâ una nobis ab aliis diversa repræsentatur. Has notas, non alias, repræsentamus in iconibus. Has conservamus in herbariis vivis: reliquæ omnes accidentales esse possunt. Hæ non dimittunt Lectorem incertum & dubium; Hæc verba sunt ponderis & valoris. Hæ petræ instar fundamentum sternunt artis, & *Structa super lapidem, qui ruet ista domus?*

Omnia enim, quæ in iconibus repræsentamus, dictis quatuor fundamentis innituntur; icon tanquam in speculo plantam repræsentat; verba itaque hæc nobis easdem reddunt ideas ac figura, adeoque omnia hisce quatuor exprimere debemus.

Nullam itaque in ulla plantæ parte notam, quæ non ad unum ex hisce quatuor referri potest attributum, assumimus pro perfecta & certa.

283. *Ne* varietas *loco speciei sumatur, ubique cavendum.*

Figura, numerus, proportio, & situs dant nobis puras ideas, nec fallunt conceptum nostrum unquam; has dum fundamenti loco assumimus, necesse est, ut eas partibus applicemus certis, nec variantibus; variat quidem figura, numerus, proportio, & situs in plantis, licet rarius, non tamen omnes simul, nec in omnibus plantæ partibus simul; variant, licet minus, quam reliquæ omnes, licet minus quam ut inde structura differens evadat. Hinc duplex est Botanici officium in differentia, ut scilicet varietates a speciebus distinguat, utque in distinctis speciebus notas convenientes certis verbis exprimat.

Varietatum infinitum chaos ortum puto a justa minus, & non satis accurata, quæ necessaria admodum erat, inspectione vivarum plantarum, earundemque indole. Australi cum referatur Lepores per Sueciam omni hyeme albos evadere, in Hollandia vero non, diversam credit esse speciem, at dum utrunque inspexerit animal, ejusque mores, nec hæc amplius sentit. Cum primum Oves Anglicanæ dictæ in Sueciam transferebantur, pro diversa specie habitæ fuere, quum lana longiore magisque crispa, cauda productiore, & cornuum absentia differrent a Suecicis. Sic & Oves cornibus quaternis vel senis a vulgari, in Belgium allatæ, diversæ putatæ sunt, at dum annos aliquot transegere, se in omnibus similes reliquis, quoad reliquas partes, præstitere, ut nullus amplius species crediderit diversas. Sic Botanicus, qui magis adsuetus fuit tractare Herbaria, quam vivas plantas, putat minimam differentiam diversæ speciei notam

notam esse, at qui campos peragravit, difficilius nova reperiit. Item, qui plantas hortenses tantum colunt, ubi plantæ mutantur sæpe, credunt communiter se plures possidere species, quam re ipsa habent, si spontaneas inspicere minus curent.

Ad multiplicationem specierum evitandam, nulla aptior certiorque datur methodus, quam 1. examen attentum omnium partium plantæ, præsertim fulcrorum. 2. Fructificationis, quoad omnes partes, accuratissima inspectio. 3. Ex collatis speciebus differentiæ manifestissimæ inquisitio; natura enim non facit saltus, sed communiter eadem methodo in eodem genere utitur. 4. Positis speciebus (pro diversis habitis) sub alio & proximo genere, aperitur affinitas vel diversitas, si unquam. 5. Cultura in diverso solo immutat sæpe per culturam transmutatas species.

284. *Nomen genericum singulis speciebus applicari debet.*

Uti differentia species ejusdem generis inter se distinguit, sic & nomen genericum suum genus ab omnibus generibus aliis separat, adeoque solo nominato genere descendo per clavem systematis, classem, ordinem, ad proprium genus; quod si vero omittam nomen genericum, ex prolato nomine specifico nulla mihi idea generis, nec nominis specifici usus, cum incertus hæream, quot species distinguat differentia.

Convenere Systematici in hac sententia omnes. Morisonus autem, & Rajus hoc minus necessarium judicaverunt. vide pag. 8.

Nomen

Nomen genericum idem valet in foro Botanico, ac nummus in republica, qui pro certo prætio accipitur, nec docimastæ examinine opus habet, quoties recipiatur ab altero, dum semel in republica innotuit.

STOECHAS. Raj. hist. 280.
1. *Stœchas* citrina germanica, latiore folio.
2. *Chrysocome* æthiopica, plantaginis folio.
3. *Helichrysum* abrotani feminæ foliis.
4. *Elichrysum* creticum.
5. *Stœchadi* citrinæ alteri inodoræ Lobelii affinis.
6. *Gnaphalium* montanum album.

Qui unum ex hisce audiret nominibus, non sciret, sub quo genere speciem reperiret, cum ansam nullam communicet. Quid nomen genericum sine genere, specificum sine specierum differentia?

285. *Nomen* Specificum *semper* sequi *oportet Genericum.*

Sic omnes Systematici, & facile omnes Botanici voluere; quodcunque primam divisionem facit, primum dari debet, adeoque & nomen genericum, antequam specificum traditur; meum est scire, antequam distinguo aliquid, quid distinguendum sit; adeoque genus, quod in partes per differentiam dividitur, antequam species tangam.

LOBELIUS præsertim, minus, quam reliqui Botanici, hanc regulam observavit. e. gr.

montana *Scabiosa* calidarum regionum. Lob.
minus *Heliotropium* repens. Lob.

ponti-

ponticum *Rha* antiquorum. Lob.
Matthioli ſecundum *Limonium*. Lob.
Narbonenſium *Dorea* quaſi aurea perperam Doria. Lob.
aquatica *Plantago* foliis betæ. Lob.
minus fœtens *Anagyris*. Lob.
Sylvarum *Primula*. Lob.

286. *Nomen Specificum* ſine Generico, *eſt quaſi campana ſine piſtillo.*

Quemadmodum campana ſine piſtillo nullius uſus eſt, ita & differentia ſpecifica ſine nomine generico. Cum nomen ſpecificum nil ſit niſi diſtinctio ſpecierum ſub ſuo genere, nulla dari poteſt differentia ſpecifica, ubi nullum genus, niſi quis indicaret notam ſpeciei propriam, qua ab omnibus in univerſum plantis differret. Omnis planta ſolo nomine diſtinguatur ab omnibus in univerſum aliis, neceſſe eſt; hæc diſtinctio abſque longo verborum anfractu abſolvi non poſſet, niſi genera aſſumerent Botanici; hiſce aſſumtis vero facile: hinc abſque genere nullum datur nomen ſpecificum, ſed ſola deſcriptio diſtinguens.

Hinc & qui unicum tradit diſtinctum nomen, in planta incerti generis, rectius eandem nominavit, quam qui differentiam ſeſquipedalem abſque genere elocutus eſt.

Nomina abſque capite ſunt differentiæ abſque genere; animal ſine capite miſerrimi eſt ſtatus, cum vita in eo deficiat, ſic & ſequentia nomina.

myagro

——— *myagro affinis, herba, capsulis rotundis.* I. B.
——— *linariæ aliquatenus similis, hirsuta, non laciniata.* C. B.
——— *periclymeno accedens, planta monanthos.* Mor.
——— *guajaci fructu, arbor.* P.
——— *hexagono fructu arbor.* P.
——— *methonicæ folio planta.* P.
——— *papilionaceo flore planta.* P.
——— *tetragono fructu arbor.* P.
——— *alsines facie, nova planta.* Col.
——— *indigena alpium Sabaudiæ.* Bocc.
——— *oleandri folio lucido frutex.* Pet.
——— *linariæ aliquatenus similis, folio bellidis.* I. B.

287. *Nomen specificum ipsi nomini generico* adglutinatum *non erit.*

Distinctæ ideæ, distincta verba, distinctæ propositiones e distincta mente profluunt; e confusa autem, confusa omnia.

Nomen genericum & specificum sunt res diversissimæ, debent ideoque distinctæ tradi, nec confundi. Veteres nonnulli generico nomini specificum inseruere, caudæ instar, quam methodum rejecere omnes Systematici juste, quippe perferri nequeunt ratione ullâ nomina caudata.

Gen-

Gentian*ella*	pro	Gentiana parva.
Acetos*ella*	——	Acetosa parva.
Nasturti*olum*	——	Nasturtium humile.
Peplus & Pepl*is*	——	Mas & femina.

288. *Nomen specificum* genuinum *est, vel synopticum, vel essentiale.*

Nomen specificum nil est, nisi primaria nota e differentia exemta, qua hanc speciem ab aliis ejusdem generis omnibus cito, tuto, & jucunde distinguam.

Differentia est descriptio omnium plantæ partium secundum numerum, figuram, situm, & proportionem harum, quoad istas modo notas, quæ in nulla specie ejusdem generis occurrunt.

Falsa itaque, nec genuina sunt nomina specifica omnia, quæ alias adhibent notas, quam distinctivas specierum, cum transeant tum in descriptionem.

Si nullam reperio notam speciei propriam, necesse est, ut inquiram notas paucis speciebus ejusdem generis communes, nec omnibus: his repertis aliam magis propriam; usque dum pervenero ad ultimam subdivisionem. Hinc omnia nomina specifica vel synoptica, vel essentialia dicuntur.

Dantur etiam differentiæ partim essentiales, partim vero synopticæ: si enim incipiam specificum nomen per synopticam divisionem, quamprimum potero, essentialem magis notam assumam, quo brevius evadat.

289. *Nomen Specificum* Synopticum *plantis congeneribus notas ſemi-dichotomas imponit.*

Ubi notas ſpecierum propriiſſimas reperire non licet, ad ſubdiviſiones ſpecierum per dichotomiam confugiendum, (quæ diviſio ſynoptica vulgo audit), ut certo diſtinguamus plantas verbis licet pluribus, ubi paucioribus non licet.

Non neceſſe eſt, ut hæc diviſio per brachia, vel ramos æqualis longitudinis extendatur, proin notam magis propriam, ſi occurrat, adhibere non modo liceat, ſed ſi detur, neceſſario in uſus trahatur.

SALICIBUS in Fl. Lapp. 281. nomina ſpecifica ſynoptica impoſui, dividens ex figura foliorum & hirſutie.

SALIX foliis
- integris
  - glabris.
  - villoſis
    - ſubtus.
    - utrinque.
- ſerratis
  - glabris.
  - villoſis
    - ſubtus.
    - utrinque.

SALIX

1. foliis ſerratis glabris ovatis utrinque acutis. Fl. Lapp. §. 348
2. . . . . ovato-lanceolatis acuminatis. 349
3. . . . . oblongo-ovatis. 350
4. . . . . lanceolatis, crenis undulatis. 351

5.

5. . . . . verticaliter ovatis. 352
6. . . . . ovatis 353
7. . . . . ſubovatis ſeſſilibus appendiculatis. 354
8. . . . . orbiculatis. 355
9. . . . . utrinque villoſis ovato-oblongis. 365
10. . . . integris glabris ovatis confertis pellucidis. 356
11. . . . . alternis. 357
12. . . . . ſubtus reticulatis. 359
13. . . . . lanceolato-ovatis. 358
14. . . . . lanceolatis utrinque acutis 360
15. . . . . ſubtus villoſis ovato-lanceolatis utrinque acutis. 361
16. . . . . ovatis acutis. 362
17. . . . . tenuiſſime, ovatis. 363
18. . . . . nitidis ovatis. 364
19. . . . . utrinque villoſis lanceolatis. 366
20. . . . . ſubrotundis acutis. 368
21. . . . . verticaliter ovatis appendiculatis. 369

Ne autem ſynopſis nimis longa evadat. ſi nimia ſpecierum diſtinguendarum copia, licet Eſſentiales notas hinc inde inſerere, ut articuli nominum pauciores evadant. e. gr.

22. *Salix foliis oblongis ſubtus villoſis, inferioribus crenatis, ſuperioribus integris.* 367. pro *fol. crenatis & integris oblongis ſubtus villoſis.*

Hinc evito in ſingulo nomine reliquarum ſpecierum unicum verbum. e. gr.

Salix foliis { omnibus { integris. / ſerratis. } / inferioribus ſerratis. }

290. *Nomen Specificum* Essentiale *notam differentem singularem, suæque speciei tantummodo propriam, exhibet.*

Nomen Specificum essentiale dicitur, ubi ab aliqua nota desumtum est, quæ in planta alia sui generis existit nunquam; adeoque differentia unius speciei nullum habet respectum ad alterius nomen.

Has differentias dum obtinuerimus, summum apicem (si genus prius certissimum) tetigimus, & ultimum finem, ultra quem progredi nec possumus, nec desideramus in notitia plantarum.

Si eo unquam perveniant Botanici, ut omnes plantas ad infallibilia reducere queant genera, omnibusque speciebus adsignare nomina essentialia, nil datur ultra.

Hinc necesse est absolute, ut ejiciatur differentia synoptica, ubicunque essentialis reperiatur, licet synoptica ista in & per se certissima foret. e. gr. si octo velim, non opus mihi est dicere bis unum duo, bis duo quatuor, bis quatuor octo: hic idem valet 8, ac bis quatuor. Quo pluribus enim absolvitur subdivisionibus, eo & in differentia facilius erratur; at, ubi unica datur nota, ibi nullus errandi locus conceditur assecla.

Commendant ergo se nomina essentialia certitudine, facilitate, & brevitate; ergo tuto, cito, & jucunde species indicant.

Hæc nomina valent per se, absque citationibus, figuris, vel descriptionibus, nec ulli dubia movent. Hujusmodi sunt:

Co-

Corispermum *foliis oppositis*. Fl. Lapp. 2.
Utricularia *nectario conico*. Fl. Lapp. 14.
Eriophorum *spicis pendulis* Fl. Lapp. 22.
Plantago *scapo unifloro*. Fl. Lapp. 64.
Alchemilla *foliis simplicibus*. Fl. Lapp. 66.
Alchemilla *foliis digitatis*. Fl. Lapp. 67.
Menyanthes *foliis ternatis*. Fl. Lapp. 80.
Convallaria *scapo nudo*. Fl. Lapp. 112.
Convallaria *foliis verticillatis*. Fl. Lapp. 114.
Pyrola *scapo unifloro*. Fl. Lapp. 167.
Pyrola *staminibus & pistillis declinatis*. Fl. Lapp. 169.
Betula *foliis orbiculatis crenatis*. Fl. Lapp. 342.
Abies *foliis apice bifidis*. H. Cliff.
Convolvulus *calycibus tuberculatis*.
Hypericum *calycum serraturis capitatis*.
Campanula *calycibus a tergo lamellis quinque notatis*. H. Cliff.
Fumaria *floribus acalyculatis*.

291. *Nomen Specificum quo* brevius, *eo etiam melius, si modo tale.*

Artis pulchritudo, & perfectio desiderat compendium & brevitatem; stultum enim est facere per plura, quod paucioribus absolvi queat. Naturæ Sapientissimus Author adeo compendiose omnia creavit, ut ne quid ultra. Quo paucioribus peragatur quid, eo & perfectius. Est enim insectum sex pedibus perfectius Medusa innumeris pedibus; quadrupes insecto, homo quadrupede perfectior, & paucio-

ribus instructus pedibus, nec tamen in iisdem operationibus inferior; nostrum est Sapientissimi Creatoris admirari Omniscientiam, & quantum licet, propius eo pervenire, quo humana mens ultra nequeat.

In nominibus genericis certum numerum literarum nobis præfiximus, ultra quem non ascenderemus, ne sesquipedalia introducerentur vocabula: literas itaque duodecim, ut summas, §. 249. admisimus; sic & in Specificis tantum pro nomine specifico DUODECIM ad summum VERBA seu *Vocabula* concedimus, ultra quæ ascendam nunquam; alii faciant quid velint, ego hæc mihi præscribam.

Nullum dari genus, quod plures quam centum contineat veras species, certo certior sum; posito itaque centum dari in genere species, posito quod nomina specifica synoptica definirentur, ergo 100. α. 50. β. 25. γ. 14. δ. 7. ε. 3. ζ. 2. adeoque has sex modo adjectivis distinguerem; posito & quod tria necessaria essent substantiva, fieret conclusio, in hisce nominibus novem modo verba necessaria esse; si vero unicum substantivum, seu unica pars describeretur, duodecim verbis species mille ducentas, & quadraginta octo distinguerem.

Ego sane horreo cum aspicio nomina ista sesquipedalia specifica Authorum, præsertim *Plukenetii*, & *Breynii:* & defatigor, cum ea pro Synonymis assumere cogor; adspicite exempla, & sapiat qui sanus est.

22. CENCHRAMIDEA *arbor saxis adnascens, obrotundo pingui folio, fructu pomiformi in plurimas capsulas grana ficulnea (stylo columnari hexagono præduro) adhærentia continentes, diviso, Balsamum fundens.* Pluk. alm. 92.

23. ACACIÆ *similis, spinis corniformibus, Mexicanæ*

xicana prima, seu Arbor cornigera Mexiocana prima, seu spinis elegantissimis cornuum taurinorum in modum reflexis, fructu tumido majore rostrato cinereo subvirescente. Breyn. prod. 2. p. 4.

27. FICOIDES *Africanum mesembryanthemum sive Ficus aizoides major procumbens, tripoli: folio magis succulento denticulis fimbriato, flore argenteo ad umbilicum aureo, fructu magno pyramidali quinquefariam diviso calloso, calyce pentagonali incluso.* Pluk. mant. 77.

28. ACACIÆ *quodammodo accedens, Myrabolano chebulo Veslingii similis arbor Americana spinosa, foliis ceratoniæ in pediculo geminatis, siliqua bivalvi compressa corniculata seu cochlearum vel arietinorum cornuum in modum incurvata, sive unguis cati.* Breyn. prod. 2. p. 29.

36. *Acrochordodendros sive arbor indica prægrandis, foliis integris, platani fructu verrucoso minore sive fragiformi duro, cujus singuli bati sive tubercula sunt capsulæ seminales; (melius forsan) Arbor indica prægrandis, foliis integris fructu rotundo parvo fragiformi e tuberculis capsularibus composito.* Pluk. mant. 4.

292. *Nomen Specificum nulla admittat* vocabula, *nisi quibus a congeneribus* necessario *distinguitur.*

Descriptio dat omnes notas in planta existentes, quibus differt ab aliis omnibus. *Differentia* tradit notas solas & omnes, quibus differt modo a re-

liquis ſui generis. *Nomen Specificum* modo notam breviſſimam, & unicam, qua ſpecies a congeneribus differt. Ergo errant, qui differentias pro nominibus ſpecificis obtrudunt; multo magis, qui integras deſcriptiones nominum ſpecificorum loco ſiſtunt.

Si a Botanico quæro notitiam plantæ, mihi objicitur nomen quoddam abſurdum Botanici cujuſdam, & ſe ſufficienter me inſtruxiſſe credit Doctor; ſi amplius quæro, qua notâ hæc differat a congeneribus adſtantibus, reſponſum fero durum, & obtuſus ipſi videor, quod non in plantis perſpiciam hanc a reliquis differentem eſſe, quaſi ejus non eſſet differentiam dare. Si Botanici dudum, conſtitutis generibus, in ſingula ſpecie notam propriam inveſtigare in animo habuiſſent, certe non neceſſe fuiſſet, hoc tempore quinquaginta evolvere authores, totidem reſcribere ſynonyma, totidem perlegere deſcriptiones, totidemque imperfectas figuras, antequam de ſpecie vulgari quid hæſitando eloqui auderemus.

Plurimi fuere, qui Floras & Hortos dedere ſolis nominibus plenas, ſeque egregie officio ſuo functos crediderunt, dum nomina pura ſiſterent, nec librum conſpurcatum ullis obſervationibus. *Raji Synopſis* quam alia ulla Flora mihi magis arridet, cum in multis differentias ſub ſpeciebus recenſuit ſæpe: utinam alii Botanici eadem methodo inſiſterent.

Si in nomine ſpecifico plures cumulentur notæ, quam quæ ad diſtinguendas ſpecies neceſſariæ ſunt, confunditur inde Tyro, nec ſcit, cuinam ſpeciei fidem adhibeat, nec quot ſint ſpecies, nec qua in re congeneres ſpecies differant; at datis modo neceſſariis notis hæc omnia facile perſpiciet.

Plantago *monanthos paluſtris, gramineo folio, pariſienſis*. Tournef. in hac differentia ſolum monanthos ſuffi-

sufficit pro distinctione. (ergo *Plantago scapo unifloro* Fl. lapp.) reliquæ omnes notæ falsæ sunt: *palustris*. F. B. 264. *gramineo folio*. F. B. 261. *parisiensis*. F. B. 264. & superfluæ. F. B. 292.

Uti vocabula superflua falsa sunt, ita & absurda omnia extra differentiam petita. ANTOMASIA autem Rhetoribus dicta in Botanicis est monstrum, e. gr. *Lamium caule folioso* Lind. falsa est differentia, cum admittit alia vocabula, quam quæ distinguunt; quodnam enim *Lamium* unquam visum fuit *caule nudo*?

TAUTOLOGIA nec minus monstrosa in Botanicis est avis, adeoque proscribenda absolute. e. gr. BETULA *nana pumila* Frank.

293. *Nomen Specificum* nullum, *speciei in suo genere solitariæ, imponi potest.*

Patres Rei Herbariæ solis nominibus genericis fere contenti fuere in omnibus plantis, at nos non his, ubi modo unica in eodem genere est planta.

Nomen specificum nil aliud erit, quam nota, qua distinguam species a congeneribus; ergo ubi unica species, nulla distinctio, adeoque nulla differentia.

Quæsivi a Botanico quondam, cur nomen specificum imponeret speciei in suo genere solitariæ; responsum torvis oculis obtinui, quod, qui novam speciem invenerit, & nomen imponat, ut si alia dein reperiretur, in posterum hæc distincta esset; doctum a Docto responsum! ego certe nunquam istam præscientiam obtinere potui, nec ex unica specie prævidere

plures, multo minus ſcire, qua nota reliquæ non detectæ differrent a præſenti detecta.

Dico itaque iſtum Botanicum errare, qui ſpecici, ſui generis ſolitariæ, nec detectæ alteri, nomen ſpecificum imponat, uſque dum contrarium mihi demonſtratum ſit.

Debet enim, qui alteram inveniet ſpeciem, nomen ſpecificum & ſuæ inventæ ſpeciei, & alteri primum detectæ ſpeciei imponere; nequaquam autem ille, qui priorem invenerit ſolam.

Superflua itaque nomina ſpecifica ſunt e. gr.

Valliſneria *paluſtris*, *algæ folio italica*, *foliis in ſummitate denticulatis*, *flore purpuraſcente*. Mich.

Valliſneroides *paluſtre*, *algæ folio*, *italicum foliis in ſummitate tenuiſſime denticulatis*, *floribus albis vix conſpicuis*. Mich.

Anagallidaſtrum *exiguum*, *foliis lanceolatis alternis*, *flore albo fugaci & vix conſpicuo*. Mich.

Tozzia *alpina lutea*, *alſines folio*, *radice ſquamata*. Mich.

Glaucoides *paluſtre*, *portulacæ folio*, *flore purpureo*. Mich.

Tillea *muſcoſa annua perfoliata*, *flore albo*. Mich.

Drypis *italica aculeata*, *floribus albis umbellatim compactis*. Mich.

Morina *orientalis carlinæ folio*. T.

Tribuloides *vulgare aquis innaſcens*. T.

Valdia *cardui folio*, *fructu ſubcæruleo*. Pl.

Rondeletia *arboreſcens*, *tini facie*. Pl.

Matthiola *folio aſpero ſubrotundo*, *fructu nigricante*. Pl.

Maranta *arundinacea*, *cannacori folio*. Pl.

Dalechampia *ſcandens*, *lupuli foliis*, *fructu hiſpido tricocco*. Pl.

294. *Nomen Specificum imponat, qui* novam *adinvenerit speciem, si modo necesse sit tale.*

Qui plantarum quoddam genus primum orbi patefacit, & describit, illum nomen impositurum diximus §. 218. Qui primum speciem communicat, illum & nomen specificum dare prætendimus, *si necesse sit tale* nomen; necesse est, ubicunque plures species sub eodem militant genere; non necesse & erroneum, ubi hæc prima & unica species sit. §. 293.

Qui speciem in genere quodam, sub quo plures antea detectæ & nominatæ sunt species, novam detegit, ille non modo novæ suæ speciei nomen specificum bonum imponat, sed & corrigat, vel emendet, vel augeat nomina specifica reliquarum congenerum, quæ inde deficientia alias evaderent. e. gr. Pono in *Hordei* genere duas modo detectas esse species

1. HORDEUM *flosculis omnibus hermaphroditis.*
2. HORDEUM *flosculis lateralibus masculis.*

si tertiam reperirem speciem, quæ floribus lateralibus gauderet itidem masculis, sed a 2da tamen diversam, non modo tertiæ speciei nomen specificum imponerem, sed & secundam distinguerem, adeoque

1. HORDEUM *flosculis omnibus hermaphroditis.*
2. HORDEUM *flosculis lateralibus masculis* ARISTATIS.
3. HORDEUM *flosculis lateralibus masculis* MUTICIS.

295. *Nominis Specifici vocabula non erint* Composita, *nominibus genericis similia, nec* Græca, *sed tantum Latina: nam quo simpliciora, eo etiam meliora.*

Admisimus in Genericis linguam græcam ob rationes §. 229. datas, cum omne nomen genericum gaudeat proprio charactere, & definitione: sed Specificum se ipsum explicare debet, adeoque quo clarius, eo & melius est.

Vocabula itaque tantummodo latina in differentiis admittimus, at græca tanquam magis obscura, certe non vulgo nota, proscribimus.

Nomina ista composita, nominibus genericis similia, fateor me non intelligere quid sibi velint: num authores ipsi ea intellexerint, nescio.

GRÆCA.

Ranunculus *platyphyllos* latifolius.
Lathyrus *distoplatyphyllos.*
Myrrhis *conejophyllon* conii foliis.
Potamogeton *lejophyllon.*
——— *iteophyllon.*
——— *malacophyllon.*
——— *ulophyllon.*
Plantago *monanthos* uniflora.
Narcissus *polyanthos* multiflora.
Pilosella *monoclonos.*

Pilo-

Piloſella *polyclonos.*
Cirſium *polycephalum* multis capitulis.
Lotus *oligokeratos.*
——— *polykeratos* leguminibus multis.
Mimoſa *platykeratos* leguminibus latis.
Piſum *leptolobon.*
Lotus *tetragonolobus* leguminibus quadratis.
Mimoſa *brachyplatolobos.*
Lathyrus *amphicarpos.*
Lichen *polymorphos* facie varia.
Trifolium *katoblepſ.*
Clematis *bucananthos.*
Helleborine *trianthophoros* triflora.
Antirrhinum *triornithophoron* tribus aviculis.

COMPOSITA.

Ficus *aizoides.*
Aſclepias *aizoides.*
Hieracium *piloſelloides.*
Oreoſelinum *aniſoides.*

269. *Nomen Speciſicum non erit* Tropis rhetoricis *figuratum*, *multo minus* erroneum, *ſed fideliter*, *quæ natura dictitat*, *exponat.*

Qualemcunque demum in linguis ad ornate eloquendum, uſum habeant flores rhetorici, certe in denominatione ſpecierum monſtroſiſſima ſunt entia: poſtulamus enim hic nudam ſimpliciſſimamque veri-

veritatem absque tropo, metaphora, & ironia ulla.

Quid ad plantas animalium propria attributa? Quæ planta unquam melancholica, spuria, adulterina, abortiva, fatua, mortua &c.? absolute nulla, sed ejus judicium vereor, certe dum nomina ejusmodi imposuit plantis author, tale fuerit.

Memini me puerum maxima cum admiratione perpendisse nomen istud ACETOSÆ *folio in medio deliquium patiente*, nec concipere poteram, qua ratione delinqueret, inde continuo plantam videndi desiderio flagrabam: tandem cum mihi obvia erat Acetosa rotundifolia hortensis C. B. cum macula ista in medio alba, absolute inducebar hanc eandem esse, cum delinquentes semper pallescant; erravi tamen, sed vereor, quod magis Morisonus, qui nomen cudit.

Nil magis frequens est in Botanicis, quam partem pro toto sumere, plantam *albam* dicere, quæ solum *albos flores* ferat, nec partem aliam candicantem. Nec minus receptum, numerum singularem pro plurali dicere, *folio* & *flore* pro *foliis* & *floribus*: sed venit Hesperus, ite Capellæ; desinat tandem nebulosus dies, & serenus eum excipiat.

De Ironiis in Botanicis nil dicam, mendacium enim est species ironiæ.

SYNECDOCHE *totius pro parte.*

Saxifraga *alba*	pro	corollis albis.
Salicaria *purpurea* . . .		corollis purpureis.
Linaria *lutea* . . .		corollis luteis.
Quinquefolium folio *argenteo*	pro	subtus albo.
Molucca *spinosa* . . .		calycibus spinosis.

SY-

SYNECDOCHE *numeri singularis pro plurali.*

Lupinus *flore* luteo pro floribus luteis.
Nigella *flore* cæruleo . . . floribus cæruleis.
Nigella *semine* alato . . . seminibus alatis.
Ranunculus *folio* rotundo & capillaceo pro foliis rotund. & capill.

SYNECDOCHE *numeri pluralis pro singulari.*

Pimpinella *umbella candida* pro corollis candidis.

METAPHORA.

Limon *incomparabilis* pro Maximus.
Iris *gloriosa* pro floribus nitidissimis.
Caryophyllus *superbus* pro floribus pulcherrimis.
Majorana *nobilis* pro odoratissima.
Majorana *gentilis* pro odoratissima.
Æschynomene *mitis* pro inermis.
Apium *ingratius* pro sapore averso.
Tragon *improbus* pro aculeatus.
Ranunculus *sceleratissimus* pro vesicatorius.
Persicaria *mordax* pro acris.
Urtica *urens* pro pungens.
Urtica *fatua* pro inermis.
Cannabis *erratica* pro mas.
Linaria *tristis* pro floribus minus nitidis.
Hesperis *melancholica* pro noctu odorata, die inodora.
Acetosa *deliquium patiente* pro foliis emarginatis.
Urtica *mortua* pro inermis.
Bulbonac rad. *rediviva* pro perenni.
Bistorta *sobolifera* pro bulbifera spica.
Meum *adulterinum* pro non genuina species.
Meum *spurium* pro idem.

Orchis

Orchis *abortiva* pro figura floris singulari.
Pinus *incubacea*.
Fucus *hæmorrhoidalis* pro hæmorrhoidibus medela.
Pepo *strumosus* pro fructu tuberculis obsito.
Zacintha *verrucaria*.
Lolium *tremulum* pro a vento.
Lapathum *sanguineum* pro succo rubro.
Caryophyllus *barbatus* pro calycis squamis setaceis.
Trifolium *subterraneum* pro fructum sub terra condens.
Papaver *spumeum* pro calyce inflato.
Mentha *cataria* pro odore catis grato.
Hordeum *murinum* pro nullius valoris.
Gramen *leporinum* pro tremens uti lepus.
Hypericum *hircinum* pro hircum olens.
Lactuca *agnina* pro ovibus gratus cibus.
Melo *saccharatus* pro sapore dulcissimo.
Aparine sem. *saccharato* pro fructu glabro.
Arbor *finium regundorum*. e qua tinctura pro mappis geogr.

IRONIA.

Lysimachia *bifolia*, *fl. globoso* pro foliis oppositis, racemis ovatis.
Ornithogalum *flore* minore *innato* pro filamentis planis.
Opulus *flore* globoso pro umbella globosa.
Narcissus *calyce* luteo pro nectario luteo.
Acetosa *rotundifolia* pro fol. ovato-hastatis.
Ornithogalum *spicatum* pro corymbosum.
Blattaria fol. *laciniato* pro foliis serratis.
Dentaria *baccifera* pro bulbifera ex alis.
Lathyrus *infra* superque *terram fructum ferens*, pro radice tuberosa.
Cyperoides *seminibus* bullatis pro fructibus inflatis.

Dra-

Dracunculus *pistillo* longiss. pro receptaculo longiss.
Lenticula *trisulca* pro foliis proliferis.
Fragaria *sterilis* pro receptaculo sicco.
Sabina *sterilis* pro mare.
Mesembr: *margaritiferum* pro superficie vesiculis tecta.
Aquilegia *stellata* pro floribus nectariis destitutis.

297. *Nomen Specificum nec* comparativum, *nec* Superlativum *sit.*

Non datur comparativum, nec superlativum sine positivo; ignorato enim positivo, ignoratur comparativum & superlativum: vel, si duo gradus comparantur inter se, ignorato uno, ignotus evadit & incertus alter. e. gr.

PILOSELLA si mihi objiciatur spectanda, me latebit, utrum hæc *minus hirsuta*, vel *magis*, dicenda sit, quamdiu non alteram viderim. ALSINE *altissima* minor est Betulâ nana, adeoque nec illa determinatur, nisi notis antea speciebus.

Hæc itaque incertitudinem nunquam non admittunt, proin in Botanicis non ferenda, sed excludenda, certaque principia assumenda sunt.

Excipiatur tamen *proportionis gradus*, qui non modo in Botanicis agnoscendus, sed & in magno pretio habendus est; e. gr. Cum loquor de plantæ partibus, de trunco, foliis, fulcris, fructificatione, & dico *petiolum longissimum*: optima erit nota, cum petiolus longior tum est totâ plantâ. Si *calycem* dicam *maximum*, superat is omnes partes floris; adeoque comparativus, vel superlativus gradus, sub propor-

tione

tione in ipsa planta defendatur; authoritas autem proportionis, extra subjectum proprium, nil valet.

Ergo Comparativus, vel Superlativus gradus cum respiciat proportionem plantæ, in ipsa planta optimus est, extra plantam vero, si hanc quærat, erroneus.

Erroneus.

Gramen *altissimum.*
Alsine *altissima.*

Bistorta *rugosioribus* foliis. I. B.
Equisetum *lævius.* Raj.

Pilosella *minus* hirsuta. C. B.
Bistorta rad. *minus* intorta. C. B.
Bistorta rad. *magis* intorta. C. B.

Pilosella *major*, *minus* hirsuta. C. B.
Pilosella *minor*, folio *angustiore*, *minus* piloso. I. B.
Dens leonis, qui Pilosella folio *minus* villoso. T.

298. *Nomen Specificum terminis positivis, non vero* negantibus, *utatur.*

Ridicula sunt nomina specifica a terminis negantibus producta, quippe quæ defectum sufficientium terminorum artis apud Authores suos accusant.

Quis non describere posset Virum, amplissima & prolixa licet oratione, per verba negantia, tamen nec quoad notam unam eundem tangere: e. gr. dico Virum non esse Barbarum, non Lapponem, non Giganteum, non decrepitum, non doctissimum, non malitiosissimum &c. tamen exinde nullus sciret ejus unicum attributum; sic & idem in plantis.

Solli-

Solliciti itaque erunt Botanophili, ut terminos addiscant artis positivos, &, si deficiant, novos ut introducant.

Lysimachia *non papposa* Mor. seminibus nudis.
Hippuris *non aspera* I. B. glabra.
Bidens folio *non dissecto* T. integro.
Phalangium *non ramosum* Wehm. caule simplici.
Juncus panicula *non sparsa* C. B. floribus sessilibus.
Urtica *non mordax* Lob. sapore miti.
Lychnis petalis *non bifidis* Mor. integris.
Lathyrus folio *sine capreolis* Mg. folio nudo.

299. Similitudo *omnis, in nomine specifico usurpata, dextra manu notior erit, licet & hæc minus placeat.*

Magni quidem usus est Similitudo, cum unico sæpe verbo exprimat id, quod alioquin longa verborum ambage vix enunciaretur; sed admittatur hæc quam sanctissime, cum *omnis similitudo claudicet*, si enim liberius admittatur, citius seducere non aptior erit ulla.

Admittimus Similitudines tantum definitas, nec alias, & quidem has mutuatas a *Mechanicis* & *Mathematicis*, quæ apud omnes in pretio sunt.

Admittimus Similitudines a figuris *partium externarum corporis humani*: nullum enim suimet ipsius adeo oblitum esse, quin primo intuitu has intelligat, omnino persuasi: talia sunt: *auris*, *nasus*, *digitus*, *manus*, *oculus*, *umbilicus*, *scrotum*, *penis*, *vulva*,

mamma: desumantur modo hæ Similitudines ubique arctissime, nec late nimis admittantur unquam.

Ejiciendæ vero sunt Similitudines omnes a *partibus internis corporis humani*, vel *visceribus* desumtæ, cum paucis, exceptis Anatomicis & Medicis, hæ notissimæ existant; e. gr. *Tuba Fallopiana.*

Excipiam *Cordis* & *Renum* figuram definitam, eamque admittam, nulli non cognitam, non tamen facienda est ulla distinctio inter figuram *cordis humani*, & aliorum animalium, in foro Botanico.

Ejiciendi, qui a Subjectis *Zoologiæ* vel *Lithologiæ* mutuati sunt termini, cum sæpe contingat Botanicum consummatum vix Tyronem esse in reliquis naturæ regnis.

Ejiciendæ Similitudines ab Artificum instrumentis vel subjectis receptæ, nisi probe definitæ sint, & termini artis; paucis enim nota est *securis veterum romanorum*; *auriscalpium* variat mille formis, nec *caseus* ubique locorum ejusdem formæ est; admitterem solum *sinus dædaleos* in Muscis necessarios, sed definitione protegantur prius.

α. *Ab Homine.*

Orchis *anthropophora* Col.
Orchis *hermaphroditica* C. B.
Tubera *testiculorum* forma Mentz. globosa.
Fungus *penis* imaginem referens C. B.
Orchis *clitoride* piloso Com. fl.
Agaricus *tubæ fallopianæ* instar T.
Persicæ similis osse *cordis humani* figura.

β. *A Zoologicis.*

Coralloides *Apri* forma T.
Coralloides *Hyſtricis* forma T.
Orchis *Simiam* referens C. B.
Orchis Zoophora *Cercopithecum* exprimens Col.
Orchis *muſcam* referens. C. B.
Meſembryanth. *roſtrum ardeæ* referens.
Meſembr. *rictum caninum* referens.
Meſembr. *rictum felinum* referens.
Agaricus *pedis equini* facie T.
Horminum folio *cornu cervinum* exprim. Hr.
Lotus ſiliquis *pedes corvinos* referens C. B.
Bugloſſum fructu *pedem anſerinum* referente Mor.
Fungus *pilis Capreoli* prorſus ſimilibus Loeſ.
Atriplex ſemine *bucephali* Col.

γ. *Ab Artificialibus.*

Arbor acul. ramis incurvis, *ſcenam topiariam* efformans Pluk.
Fungus *dædaleis* ſinubus T.
Hemionitis folio *ſecuris romanæ* figura Pluk.
Medica *caſeiformis* Rd.
Melopepo *clypeiformis* C. B.
Fungus *auriſcalpium* referens Kr.

300. *Nomen Specificum, nullum adjectivum, sine opposito substantivo adhibeat.*

Commune vitium in Botanicis est, quod, cum construuntur differentiæ, adjectiva & notas adscribimus toti plantæ, quæ tantummodo parti competunt: alter, qui nostris uti tenetur differentiis, non debet non hæsitare ex ejusmodi differentiis. e. gr. diximus *Millefolium cornutum*, *Nigellam cornutam*, *Thlaspidium cornutum*, cum tamen primum Millefolium *foliis cornutis*, Nigellam *capsula cornuta*, Thlaspidium *calyce cornuto* voluerint Authores: sed quis horum ignarus, eorum mentem & opinionem detegere poterit.

Petam itaque a Botanicis, in posterum velint, dum differentias constituant, nulla adjectiva, nulla attributa, nullas notas dare sine adposita parte plantæ, cui adhærebit nota data; si vero attributum istud toti plantæ competat, pro substantivo, vel parte applicabili agnoscat nomen genericum, quod caput differentiæ est.

Admissa substantiva erunt partes plantæ, nec alia; partes plantæ veris suis nominibus definitæ; nec æquivocis vel obscuris nomenclaturis allegatæ.

α. *Adjectiva sine substantivo vero.*

Lysimachia *corniculata* siliqua longa.
Millefolium aqu. *cornutum* C. B. foliis.
Nigella arvens. *cornuta* C. B. capsula s. nectariis.

Thlaspi-

Thlaſpidium *cornutum* T. calyce.
Allium *bicorne* C. B. ſpatha.
Amaranthus *tricolor* foliis.
Viola *tricolor* corolla.
Gramen *criſtatum* ſpica.
Amaranthus *criſtatus* ſpica plicata.
Myrtus *criſtata* Weh. foliis.
Solanum *veſicarium* calyce fructus.
Nux *veſicaria* pericarpio inflato.
Colutea *veſicaria* pericarpio inflato.
Ketmia *veſicaria* calyce.
Ranunculus *veſicarius* vis veſicatoria.
Millefolium *veſicatorium* radice veſiculis inſtructa.
Meſembryanth. *veſicatorium* folia veſicis aſperſa.

β. *Adjectiva & Subſtantiva genere conveniant.*

Juniperus *alpinus* Cluſ. rectius alpina.
Hippuris *muſcoſus* Moriſ. rectius muſcoſa.

γ. *Subſtantiva incerta.*

Sideritis *utriculis* ſpinoſis. *Herm.* pro verticillis.

301. *Omne adjectivum in nomine ſpecifico* ſequi *debet ſubſtantivum ſuum.*

Statuant, quidquid velint, Rhetores & Eloquentiæ Profeſſores de adjectivis, num debeant ſubſtantivis præponi, vel poſtponi: & determinent hæc

ſumma authoritate in proprio foro; nos hic naturalem ordinem ſummum agnoſcimus Authorem.

Ideoque in Differentiis ſpecificis præcedat ſubſtantivum ſemper, ſequatur adjectivum ubique, ut ſciam, ubi quæram, quod quærendum eſt; facile alias, ſi ſolum particula (comma, punctum &c.) errore typographi excludatur, ſenſus maxime alienus, & fallax ſuboriretur.

α. *Adjectiva ante ſubſtantivum.*

Conyza *ſenecionis flore*, *retuſis foliis* Herm.
melius flore ſeneciònis, foliis retuſis.
Corona ſolis, *parvo flore*, *tuberoſa radice* T.
melius flore parvo, radice tuberoſa.

β. *Adjectiva remota a ſubſtantivis.*

Sinapiſtrum *ægyptium heptaphyllum*, *flore carneo*, *majus ſpinoſum* Herm.
melius ægypt. heptaphyll. majus ſpinoſum, flore carneo.
Sinapiſtrum *indicum pentaph.*, *flore carneo*, *minus*, *non ſpinoſum* Herm.
melius indic. pentaph. minus non ſpinoſum, flore carneo.
Pepo *ind. reticulatus*, *ſem. albis*, *major.*
melius indicus reticulatus major, ſeminibus albis.
Meſembryanthemum ſive Flos meridianus *africanus*, *triangulari folio*, *fruteſcens maximus procumbens.*
melius africanus fruteſcens maximus procumbens; triangulari folio.
Orchis *æthiopica*, *maxima*, *maculata aviculam niveam*,

veam, macula sanguinea, in dorso, notatam repræsentans, galea cærulea, amplissima, pulvere argenteo, aspersa intus aurea, insigniter splendente. Breyn.

melius æthiopica, maxima, maculata, repræsentans aviculam niveam, notatam in dorso macula sanguinea, galea cærulea amplissima adsperſa pulvere argenteo.

302. *Adjectiva in nomine Specifico usurpata, e terminis artis selectis, si modo sufficientes sint, petenda sunt.*

Magis exoptandum foret, quam sperandum, ut Botanici convenirent in iisdem artis terminis, ubi easdem exprimunt res; norunt solum Tyrones, quantam sibi objectam reperiant difficultatem, quotque dubia, cum Botanici in alio loco idem dicant, quod antea, aliis & diversissimis verbis.

Multi, ut ornate loquantur, magis solliciti sunt, quam ut clare exprimerent suas ideas; hinc sapientis est, synonyma horum colligere, collecta eligere, longius petita rejicere, expellere, proxima & simplicissima servare.

Termini itaque puri & appropriati assumantur, *per periphrasin* dicti excludantur, eorum synonyma eligantur, &, si deficiant digniores, novi conficiantur: quo enim compendiosius, si æque certe, quid perficiatur, eo melius est.

Synonyma.

Lychnis *viſcoſa* } glutinoſa.
Lychnis *glutinoſa* Rd.

Caryophyllus *ſupinus* C. B. } procumbens.
Malva *procumbens* Mor.

Liguſtrum foliis *pictis* Weh. } variegatis.
Laurocerasus foliis *variegatis* Weh.

Piloſella rep. *hirſuta* } piloſa.
——— fol. *piloſo*
——— fol. *villoſo*
Quinquefolium *pubeſcens*

Amygdalus *humilis* } humilis.
Salix *pumila*
Betula *nana*

Hieracium radice *ſucciſa* C. B. } ſucciſa.
Hieracium radice *præmorſa* Mor.

Per Periphraſin.

Quinquefolium *molli lanugine pubeſcens* I. B. villoſum.
Conyza *humidis locis proveniens* I. B. paluſtris.
Muſcus ſquamoſus *in aquis naſcens* Mor. aquaticus.

303. Particulas *adjectiva substantivaque conjungentes, nomen Specificum excludat.*

Cum nomen Specificum solas contineat differentias partibus plantæ adscriptas, nullo modo opus est *conjungentibus* istis notis *Et*, *Atque*, *Simul*, &c. cum per se cuique pateat, nullas notas adscriptas esse, quin communes sint.

Omnes partes in *casu ablativo* proponuntur, hinc nec *præpositiones* ullas assumimus: ergo *Ptarmica vulgaris foliis angustis* PRO Ptarmica vulgaris *cum* foliis angustis.

Tautologia omnis dum excluditur, nec ullum verbum, præterquam quo necessario distinguatur species, admittitur, nec *disjungentes* particulæ *Vel*, *Sive*, *Seu* nomen specificum intrent.

Medica silv. frut. *vel* Trifolium falcatum *seu* Medica sil. tortili Moris.

Absinthium ponticum *seu* romanum officin., seu Dioscoridis Moris. C. B.

Aster montanus *sive* oculo Christi similis, *si non* idem, *sive* Conyza 3. I. B.

304. *Notæ* distinctivæ *partes plantarum, non vero adjectiva in nomine Specifico distinguant.*

Botanici pro maxima parte, in nomine specifico, omnia adjectiva commatibus (α) distinxerunt, exceptis *Hermanno* & *Breynio*, qui ambo sæpius solas partes distinctas (β) fecere hisce particulis. His duobus ego assentio, nec video, a multiplicatis istis inter singula adjectiva commatibus, apud reliquos Authores aliud, quam quod intellectu difficiliores, & magis intricatæ reddantur eorum differentiæ.

Si vero quis distinguere amaret adjectiva commatibus, & partes plantarum semicolo, per me licet faciat, si e re videatur, uti (γ)

α. Tagetes maximus, rectus, flore maximo, multiplicato.
β. ——— maximus rectus, flore maximo multiplicato.
γ. ——— maximus, rectus; flore maximo, multiplicato.

Lonicera
α. fl. verticillatis, terminatricibus, sessilibus, fol. summis connatis.
β. ——————————————, ——————.
γ. ————, ————, ———; ——————.

α. Teucrium foliis oblongis, obtusis, crenatis, sessilibus.
β. ——— ——————————————.
γ. ——— ————, ———, ———, ———.

305. Parenthesin *nomen specificum nunquam admittat.*

Parenthesis nunquam nomen ingredi debet, si recte constructum sit nomen: indicat enim parenthesis defectum quendam ordinis & methodi, ubi, dum unum dicam, peregrina idea incurrit, vel exceptio aliqua veniam petit.

Non admitti debet, cum animum uni objecto intentum, revocat ad aliam peregrinam ideam.

Millies in nominibus specificis occurrit parenthesis, licet non incarcerata ulla adscripta nota, tamen res eodem redit; ubicunque adjectiva removentur a partibus propriis, iisque immiscentur aliæ notæ, *Parenthesis subintellecta* est. *a*.

Recentiores Systematici cum nomina assumerent nova generica secundum regulas artis, differentias novas exstruere sæpius recusarunt, sed Synonymon antiquum retinuere, ipsique præfixerunt Genericum cum interjecta nota: *Qui*, *Quæ*, vel *Quod*; hoc factum non laudo, cum novum eorum nomen, nullam notam specialem indicat, sed me ad alium modo remittit Authorem. Ergo est nomen solum genericum absque Specifico, cum unico synonymo.

a. Parenthesis subintellecta.

Sinapistrum pentaphyllum, *flore carneo*, minus H.
Melo indicus reticulatus, seminibus albis, major. H.

Pa-

Parenthesis adscripta.

Androsæmum maxim. (*quasi frutescens*) baccifer-rum. Moris.

Cytiso quodammodo affinis per medium planitierum (*serræ leguminosæ in modum*) se aperiente. Br.

Glycyrrhiza vel (*si mavis*) glycyrrhizæ affinis. Br.

Ricinus dulcis arborescens (*vel si mavis fruticescens*) americanus. Br.

Tithymalus (*vel Tithymalo affinis s. similis*) aphyllus dictus &c. Br.

Violæ affinis umbilicato (*seu peltato*) folio scandens. Br.

Dens leonis QUI *Pilosella folio minus villoso.* T.

Doria QUÆ *Jacobæa fol. integ. & mucr. Moris.* B.

Doria QUÆ *Jacobæa alp. fol. longior. serr. Tourn.* B.

Doria QUÆ *Jacobæa orientalis limonii folio T. cor.* B.

Titanokeratophyton QUOD *Lithophyton marinum albicans. Gesn.* B.

NOMI-

NOMINA VARIANTIA.

306. *Nomini generico & specifico etiam* Varians, *si quod tale, addi potest.*

Perfecte nominatas diximus plantas, generico & specifico nomine instructas §. 256. Nomini perfecto etiam plusquamperfectum addere solent Botanici, quod mihi *Nomen Varians* dicitur, cum hoc in eadem planta, uti nota, quæ nomenclaturam subministrat, variet, & ex uno in alterum transeat.

Potest etiam Varietas nomini ultimo loco inseri ab iis, quibus placeat; absit tamen a me, quod Nomina Variantia docerem, ea distinguerem, limitibusque circumscriberem, quæ mihi paradoxa sunt omnia.

Istorum qui desiderat ideas, Anthophilorum adeat turbam, discat a Magistris artis sapere, si illi, sique ille sapiat.

Botanici in eo dissentiunt ab Anthophilis circa theoriam artis in varietatibus, quod illi varietatum nomina definiendo imponant, verbisque exprimendo notam varietatum singularem, quæ & mihi res digna videtur; Hi vero, ne qui illotis manibus nobilissimam adgrediantur artem, nominibus religiosis sacra sua colunt;

lunt; hoc fit, dum nomina imponuntur plantis veluti primitiva, vel quæ se ipsa, (uti generica) explicare nec queant, nec opus habeant, sed in mente concepto charactere muniantur. Cum autem character a nullo mortalium datus sit, vel vix dari queat, sed ex sola longa & diuturna empiria addiscatur, sequitur, nec cuique licitum esse, Anthophilorum sacra sanctorum intrare.

Anthophilorum & Botanicorum in Varietatibus objecta eadem sunt, ea tamen cum differentia, ut Anthophilus incipiat scenam, ubi Botanicus desinit; hic, dum lassus quasi, finem operi imponit; ille, vegetus struere incipit, ut astra petat. Hinc species Botanicorum evadunt Classes Anthophilorum; illorum varietates, horum ordines; quibus hi, dum ultra limites humanæ sapientiæ progredi nituntur, suas species ultimas addunt. Botanici dein doctrina se ad omnes extendit plantas, Anthophilorum adhuc persistit in *Hyacinthis*, *Tulipis*, *Dianthis*, *Primulis*, *Pulsatillis*, *Anemonibus*, *Iridibus*, *Narcissis*, *Liliis*, *Crocis*, *Colchicis*, & in una vel altera alia.

En itaque Exempla nominum Anthophilorum circa varietates. Plura qui desiderat, adeat opus, mihi doctissimum *Sivertii*, *Catalogum* sc. *Tuliparum ex Horto Principis Badendurlacensis Carols-ruhæ* 1733. 8vo.

Apollo.
Aurora.
Phœbus.
Astræa.
Dædalus.
Cupido.
Gratiosa.

Pretiosa.

Pretiosa.
Pompa Floræ.
Triumphus Floræ.
Splendor Asiæ.
Corona Europæ.
Sponsa Amstelodami.
Gemma Hollandiæ.
Tartar Cham.
Julius Cæsar.
Imperator Augustus.
Alexander magnus.
Carolus duodecimus &c. & quidquid superbum excogitari potest, ut nomina authoritatem concilient plantis.

307. *Nomina generica, specifica & variantia* literis diversæ magnitudinis *scribenda sunt.*

Novum propono dogma circa nomina Variantia, solum ut ea pingant Botanici diversis literis & characteribus: quod si mihi concedant, immunis & tuta nostra persisteret scientia.

Cum Botanici Varietates proponunt in genere aliquo numero immensas, & juvenis sectator dein nomina specierum inquirere tenetur, evolvit hic systema, omnesque species generis detectas; reperit e. gr. centum species; adit itaque Descriptores & Ichnographos, qui quatuor vel quinque adumbrant species, circa reliquas quam pisces magis muti; hinc hæret in dubiis,

dubiis, extricat se nunquam, ut libero stare possit talo: nec ex nominibus specificis quid concludere audet, ubi se millies elusum observaverit antea. Si vero nomina Varietatum diversis literis distincta reperiret, facilis esset descensus Averni, & revocare gradum.

Absolute persuasus sum, infinitos Botanicos Varietates a Speciebus ut varietates non distinxisse, neque ipsos de tot distinctis speciebus voluisse cogitare: mirum itaque non plurium varietatum datas esse descriptiones & icones, quæ tamen necessariæ nullo modo sunt, sed absolute superfluæ.

En itaque Exempla & Modum, quo varietates nominandas vellem.

CONVALLARIA scapo nudo, *corolla plena.*
CONVALLARIA scapo nudo, *corolla rubra.*
CONVALLARIA foliis ovatis alternis, *floribus solitariis.*
CONVALLARIA foliis ovatis alternis, *floribus confertis.*
CONVALLARIA foliis ovatis alternis, *corollis duplicatis.*
SAXIFRAGA alpina ericoides, *flore purpurascente.*
SAXIFRAGA alpina ericoides, *flore cæruleo.*
PENTAPHYLLOIDES palustre rubrum, *crassis & villosis foliis.*
Ranunculus alpinus roseus *albus*, calyce hirsuto.
Crista galli *mas.*
Crista galli *femina.*

308. Sexus *varietates naturales constituit, reliquæ omnes varietates* monstrosæ *sunt.*

Unicus datur Varietatum modus naturalis in plantis & animalibus: reliqui omnes vero præternaturales sunt.

Hic naturalis modus Varietatis a sexu pronascitur, ubi scilicet ex seminibus & ovis ejusdem matris oriuntur nati sexu diversi: idque constanti fit lege, nec lusu, vel libidine ulla luxuriantis naturæ in istis speciebus, ubi sexus variat.

Cum naturalis sit hic Variationis modus, omni studio erit inquirendus, & memoriæ mandandus a Botanico, & veritatis omni amatore; profluunt enim inde tam multa, tamque insignia, quæ alias laterent.

Hortulanus gnarus N. L. in Suecia unicum 1726. e semine sato obtinuit Peponem; crevit fertilissimo in in solo; floruit quotidie; ille omni die studiose excerpsit flores masculinos, quos spurios dicebat, eosque evellebat, ne nutritium succum a veris femininis ad se traherent. Floruere & feminini flores, defloruere, florem rejecere, fructum per octo dies retinuere, tum abortiere omnes. Prohibuit enim privatio florum masculinorum fecundationem, unde nullus ipsi fructus.

Mirati sunt Curiosissimi Belgæ Ambulon I. B in hortis studiose cultam, non baccas hic producere ceriferas, ut in Americana terra; minus autem mirum evadit hoc ad sexus attendenti, cum omnes hodiernæ

næ in Belgio, hujus ſpeciei quas vidimus arbores, feminæ ſint.

Ubi ſexus ſe ſiſtit, nominetur ex arte, nec ſumatur femina pro mare, vel mas loco feminæ. Male ſexus notitia deſtituti feminam dixere marem, & vice verſa. e. gr.

Mercurialis maſ. T. Cannabis maſ. I. B. Lupulus maſ. T.	ſunt feminæ.

309. *Varietates monſtroſas conſtituunt flores* multiplicati, pleni, proliferi, *plantæ* luxuriantes, faſciatæ, mutilatæ *in numero, figura, proportione, & ſitu partium omnium, nec non ſæpe* Color, Odor, Sapor, & Tempus.

Diximus quot modis Varietates apud Botanicos conſiderari ſoleant, & ſimul quot modis ordines apud Anthophilos fiant, qui omnes ad tres ſolum recedunt; 1mus modus eſt, cum in flore, præſertim COROLLA, fiat varietas per *luxuriationem*, cujus primus gradus eſt *duplicatio*, *triplicatio*, *multiplicatio*; ſecundus *plenitudo*, tertius vero *proliſicatio*. 2dus modus fit in PLANTA ipſa *luxuriante*, vel *defectum* admittente, vel monſtroſe cum fratribus coalita, & *faſciata* dicta. 3ius modus, ubi ſtatura plantæ im-

immutata persistit, sed alia levis intercurrit differentia *sensibus* percipienda, uti oculis *color*, naso *odor*, lingua *sapor*, & desiderio *tempus* diversum.

Omnis Varietas (ni sexualis) est status plantæ præternaturalis; omnis flos plenus est monstrosus, hinc & a Vaillantio *flores* pleni *monstrosi* dicti fuere; cum autem monstrositas pluribus peragatur modis, quam solummodo plenitudine, hinc aptius determinatio propriissima substituatur, ut cuique, qua ratione ista monstrositas in proposita planta sese habeat, constabit, utrum scilicet ista monstrositas sit in laciniis corollæ, ut in Tulipa monstrosa dicta; utrum in duplicatione, multiplicatione, plenitudine, vel prolificatione ipsius floris &c.

De his in specie diximus plura.

VARIETATES COLORIS IN FOLIIS SINGULARIS.

α. *Macula alba in Disco folii.*

Cyclamen.
Acetosa rotundifolia hortensis.
Ranunculus pratensis repens hirsutus.
Trifolium.

β. *Macula nigra in disco folii.*

Persicaria cum *maculis ferrum equinum refer.* T.
Ranunculus heder. *atra macula notatus* I. B.
Ranunculus Ficaria dictus.
Arum varia in specie.
Orchis specie varia.

γ. *Macula rubicunda in disco folii.*

Amaranthus *tricolor.*
Nymphoides *folio maculis purpureis notato* T.
Ranunculus erectus acris C. B. sed rarius.
Urtica urens minor *foliis ex viridi & rubro eleganter variegatis.* Rudb.

δ. *Maculis tessulatis* per discum folii.

Helleborine sylvestris repens plantaginis folio T.
Calceolus lapponum pusillus, flore ex flavo rubro R.

ε. *Punctis in supina parte disci.*

Plantago maritima major tenuifolia T.

ζ. *Punctis in prona parte disci.*

Anagallis.

η. *Lineis longitudinaliter variegatis.*

Arundo indica *variegata.* Corn.
Gramen panic. aqu. phalaridis sem. *folio variegato* T.

ϑ. *Margine variegato.*

Buxus *foliis per limbum aureis* T.
Aquifolium *spinis & limbis argenteis* T.

310. Casuales Monstrositates *varietatesque, si levissimæ vixque notabiles sint, eas non curat Botanicus.*

Uti corpora animalium non sola objecta sunt Anatomicorum, ita nec plantæ sola Botanicorum; alio enim modo de musculis eorumque differentiis, nominibus &c. judicat Anatomicus, alio modo Zoologus, alio modo Lanio; sic & de plantis concipiunt aliter Botanici, aliter Hortulani, aliter Anthophili.

Botanici est, distincte species plantarum nosse, suisque nominibus propriis indigitare; Anthophili autem, omnes varietates promte discernere, suoque nomine distinguere.

Botanici doctrina nititur fundamentis demonstratis & demonstrandis ex principiis geometricis, certis, & infallibilibus; Anthophili autem doctrina demonstrata non est: an demonstrari queat, hæsito; dependet enim tota a longa experientia oculari, præsertim in coloribus.

Species omnes Botanicorum eodem numero, quo hoc vel futuro tempore existent, ab Omnipotentis Creatoris manu profluxerunt: Anthophilorum autem a Speciebus (Botanicis dictis) omni die novæ & diversæ prognascuntur, & prognatæ in priores tandem ruunt. Illis itaque impositi sunt limites a natura certi, ultra quos progredi nequeat; in his vero lusus infiniti naturæ absque fine; Illorum species Sapientissima a Manu Omnipotentis, horum Varietates a Ludente natura, sub auspiciis præsertim Hortulanorum, pro-

diere. Hinc differentia inter Botanicum & Anthophilum maxima.

Male itaque cenſent Botanici ſe nova detexiſſe regna, dum limites ſuos trangreſſi, calcarunt Anthophilorum terram. Sciat itaque Botanicus juvenis ſe eſſe philoſophum, nec philoſophi eſſe quidquam docere, præter quod demonſtrare queat; philoſophique eſſe certis niti principiis. Vaſtus ſatis ſuperque per ſe eſt Campus Botanicus, quem demetiri omnes, qui extitere Botanici, hactenus non potuere; ſufficiet etiam adhuc meſſis futuris forte omnibus. Abſolutis propriis agris falcem injiciant aliorum meſſi, proximiſque ſuccurrant tum primum, ſi tempus ſuperſit.

Cum autem plurium Botanicorum animos ita exterorum Sirenibus captos, earumque ſcopulis adeo adfixos, ut vix inde evelli poſſint, obſervaverim, ſuaſi ſapientiores, ne ſe detinere paterentur a minutiſſimis Varietatibus, per integrum diem, & uſque dum ſuperveniens nox prohiberet, ſed ut magis neceſſariorum examen inſtituerent.

Aliquot millia varietatum in ſolis *Tulipis*, *Hyacinthis*, *Pulſatillis*, *Ranunculis*, *Dianthis* diſtincta tradiderunt ANTHOPHILI, nec parcior ſeges eſſet ſperanda, ſi cultura, & induſtria humana ad reliquas plantarum gentes ſe adplicaret, licet in his forte minor in Corollis, major vero in ſtatura plantæ, in foliis, caule, fulcris &c. obſervaretur Varietas: quod nomine tenus monui §. 259. immo in dejectiſſimis *Lichenibus*, *Fungis* & *Muſcis* non minor, quam in ulla alia plantarum familia, monente idem, ante me, Cl. HALLERO.

Sufficiat abſolute Botanicis recenſuiſſe varietatum iſtas ſolas ſpecies, quas in paragrapho præcedenti enumeravi: neceſſarium autem hoc eſſe, nullo quidem modo, adhuc perſuaſus ſum. 311.

311. *Luxuriationes foliorum in* foliis oppositis *&* digitatis *facillimæ adsunt.*

Hæc docet inspectio plantarum: Folia opposita dum luxuriant, transeunt in Folia stellata, seu verticillata, sed hoc in quibusdam generibus, nec omnibus; hoc raro rarius unquam in Didynamiæ classe observatum fuit.

Exempla Luxuriationis foliorum in OPPOSITIS prostant in

LYSIMACHIA *lutea majore.* C. B.
1. Lysimachia lut. maj. *foliis ternis* T.
2. Lysimachia lut. maj. *foliis quaternis* T.
3. Lysimachia lut. maj. *foliis quinis* T.
SALICARIA *vulgari purpurea, foliis oblongis.* T.
1. Lysimachia *trifolia*, caule hexagono T.
VERONICA *spicata longifolia* &
VERONICA *Virginiana proceriore, foliis ternis quaternis aut etiam quinis* &c. Pluk.
ANAGALLIDE *phœniceo flore* C. B. *vel cæruleo.* C. B.
1. Anagallis phœnicea *fol.* amplior. *ex adverso quaternis* R. s.
2. Anagallis cærulea *foliis binis ternisve* ex adverso nascentibus T.
OPHRYDE *bifolia.*
1. Ophris *trifolia.* C. B.

Caulis earum plantarum, quæ folia opposita gerunt, communiter tetragonus est; si in his multiplicantur

cantur folia & terna evadunt, etiam caulis angul multiplicantur & sex prodibunt.

DIGITATA folia in certis plantarum familiis sæpius, addendo unitatem folioli, variant. e. gr.

TRIFOLIUM *pratense album* C. B.

1. Trifolium *quadrifolium* hortense album. C. B.

312. Morbosas *plantas vel etiam plantarum* ætates *inter varietates numerare sæpius superfluum est.*

Vix nomine tangam istos, qui cum plantam obtinuerint, in loco ubi crescat, sterilem, vel macram, & miseram, mox novam proclamarunt speciem, cum in utroque regno, tam in animali, quam vegetabili quotidiana docent observata has notas nullius momenti, quoad dignotionem, esse.

Plurima animalia in vivariis custodita sterilia persistunt; omne vivum, proin & plantæ omnes morbis obnoxiæ sunt; ætas ipsa senilis utrisque morbus.

Sunt plantæ variæ, quæ primo anno enatæ; nec caulem, nec flores producunt: altero vero & insequenti anno faciem mutant, caulem exserunt, flores fructusque promunt.

Cum ANNIS *mutabiles.*

Onosma *Diosc. Matth.*
Hedera. vide *Fl. lapp.* § 91. ζ.
1. Hedera humi repens. *C. B.*
2. Hedera major sterilis. *C. B.*
3. Hedera arborea. *C. B.*
Ranunculus. *Fl. lapp.* § 232.
Ranunculus pygmæus. *Fl. lapp.* ibid. γ.

MOR-

MORBOSÆ PLANTÆ RECEPTÆ.

α. *Ustilagine tactæ.*

Ustilago hordei. *C. B.*
Ustilago avenæ. *C. B.*
Scorzonera pulveriflora. *H.R.P.*

β. *Clavis laborant sæpius Gramineæ*, uti

Secale. vide Langium de usu Clavorum Secalinorum. Lucern. 1717.
Carices.

γ. *Erysibe sæpius grassatur* in

Lupulo.
Galeopside.

δ. *Rubigo, ochræ adinstar, foliorum supinæ parti adhæret* in

Alchimilla caule & foliis erectis, subtus pulvere aspersis.
Rubo saxatili, caule erecto, foliis pulvere obsitis.

ε. *Rubedine tactæ.*

Esula degener. *Riv.*
Tithymalus cyparissias, foliis punctis croceis notatis *T.*

ζ. *Insectorum nida admittentes.*

Hieracium myophyron. *Heuch.*
——— contortuplicatum & strumosum. *Bart.*
Salix rosea. *Ger. Park.*
Pinus pumila excrementis feta. *Clus.*
Quercus, Populus, Rosa, Cerastium &c.

313. Color *corollæ, præsertim in* cæruleis rubrisque *petalis, facillime variat.*

Nulla Varietas a Botanicis promtius observatur, quam quæ a colore corollæ (ipsis *Floris*) desumitur. Quam pauci & fere nihili colorem fecerit natura in floribus, hac Thesi demonstrare volui, desumto exemplo a plantis corollâ rubra vel cærulea superbientibus.

Adspicite Botanophili flores omnes purpureos, videbitis eos, quamprimum erumpunt, saturatissimo sanguineo colore tinctos, at per diem unum alterumve soli expositos continuo pallescere, & gradu imperceptibili in cæruleos transire & deficere; deficientes hos flores aspergite acido quocunque, & recuperabitis colorem rubrum pristinum.

Hinc patet ex physicis

Cur *Flores Rubri* in umbra saturatiores.

Cur *Baccæ Rubræ* in umbra saturatiori rubedine tinctæ sint, & acidiores.

Cur *Baccæ albæ*, ejusdem speciei cum rubris, dulciores.

Cur *Baccæ Rubræ* Solis radios diuturnos qui exceperunt, dulciores sint.

Cur *Baccæ plantarum in paludibus nascentes* acidiores, in siccis dulciores.

314. Locus aquosus *folia inferiora*, montosus *autem superiora sæpius findit.*

Sic docent observata in plurimis plantis aquaticis & montosis, inter se collatis; non tamen pro fundamento assumenda est regula hæc, ne inde concludantur opposita, quod scilicet omnes plantæ, quarum folia radicalia tenuia, sint aquaticæ; vel omnes, quarum folia radicalia latiora, pratenses, licet sæpius hoc contingat, exceptionem tamen admittit sæpe. e. gr. In *Nasturtio sylvestri*, *osyridis folio.* C. B. in *Nasturtio orientali foliis inferioribus millefolium, superioribus perfoliatam referentibus* T. &c. quæ in locis, præsertim prior, solummodo aridissimis, proveniunt.

Plantæ plurimæ mere aquaticæ sub aqua folia solum capillacea multifida exerunt, supra aquæ superficiem mox lata & magis integra producunt; immo hæ, si in horto umbroso serantur studiose, omnia fere ista capillaria folia deponunt, solumque superioribus, magisque integris ornantur. Docent hoc sequentia. e. gr.

Sium latifolium C. B.
Cicuta aquatica Gesneri. I. B.
Raphanus aquaticus, foliis in profundas lacinias divisis. C. B.
Oenanthe aquatica. C. B.
Phellandrium. Dod.
Ranunculus aquaticus, folio rotundo & capillaceo. C. B.

Contra, Plantæ pratenses, campestres, montanæ, & fere omnes, quæ in sicco degunt, superiora

riora folia angustiora producunt, idque eo magis, quo magis arenosa sit terra matrix; idque minus, quo succulentior terra. e. gr.

Pimpinella Saxifraga major & minor. C. B.
Apium hortense seu Petroselinum vulgo. C. B.
Anisum herbariis, semine majore & minore. C. B.

Hinc plantæ, diu in locis siccis servatæ, tenuifoliæ evadunt.

Sphondylium.
Persicaria.
Nasturtium.
Alysson.
Alaternus.

Hinc plantæ latifoliæ in solo spongioso fertilissimo prægnanti diu cultæ, crispis foliis evasere, varietatesque distinctæ, dum folia latis expandi alio modo potuerint nullo. hinc *Lactuca*, *Sphondylium*, *Cichorium*, *Eryngium*, *Nasturtium*, *Brassica*, *Tanacetum*, *Matricaria* &c. CRISPÆ.

315. *Planta naturalis, nomine* varietatibus opposito, notari *non debet.*

Si prout Botanicus Varietatem nominare tenear, fiat ista nominatio sano sensu, & verbis dignis, quæ exprimunt variantem partem, alias nomen meum nil est nisi vox, prætereaque nihil, adeoque eadem in varietatibus methodo absolute producendum, ac in deno-

denominatione ſpecierum demonſtratum fuit, paucis exceptis.

In *nomine ſpecifico* debet unaquæque ſpecies in differentia iſta tenere verba, iſtas notas, quibus neceſſario a reliquis diſtinguatur; at in *Varietatibus* non item; hic enim ſpecies naturalis, ſeu quæ mutata non eſt, vel non variat, debet ſuum nomen ſpecificum intactum prorſus tenere, abſque ulla additione varietatis. Nec debet unica varietas ſpeciei in nomine notas tenere, quibus ab aliis varietatibus ſeparetur, ſed propriam ſuam calamitatem, propria vitia ſuſtinere. e. gr.

1. *Delphinium* caule ſubdiviſo (*corollis cæruleis ſimplicibus*).
2. ——— caule ſubdiviſo *corollis rubris* (*ſimplicibus*).
3. ——— caule ſubdiviſo *corollis albis* (*ſimplicibus*).
4. ——— caule ſubdiviſo *corollis plenis* (*cæruleis*).
5. ——— caule ſubdiviſo *corollis plenis rubris*.
6. ——— caule ſubdiviſo *corollis plenis albis*.

Ergo in 1. nulla fiat in nomine mentio *corollæ ſimplicis* & *cæruleæ*, cum omnis planta ejuſdem ſpeciei, ſi naturalis ſit, ejuſmodi corollas gerat.

In 2. corolla *rubra* deſcribitur, cum eo colore ſolum a naturali (1) diſcedat.

In 3. pari modo, ſolo colore *albo* a ſua naturali (1) recedat.

In 4. non addatur color, cum color nil variet, ſed ſola mentio *plenitudinis* fiat, qua ſola a naturali (1) differt.

At in 5. & 6. addatur *plenitudini color*, quibus recedunt a prima; ſic & in reliquis.

316. Cultura *tot varietatum mater, optima quoque varietatum examinatrix est.*

Cultura plurium, ne dicam infinitarum, Varietatum mater est; hinc si solo fertilissimo committantur semina & radices plantarum sylvestrium, mirum quantum staturam, faciem, flores mutent; aliæ tum luxuriant foliis, aliæ floribus, aliæ fructu. Horticultura docuit mille modis *flores* majores, formosiores, plenos, variegatos; *fructus* majores, sapidiores, gratioresque producere; in his semper videmus aliquem defectum: in *floribus* circa genitalia; in *fructibus* majoribus sæpius circa semina; hinc fertiliores semper sylvestres & parvæ plantæ.

Si terræ sterili, & minus succulentæ, committantur hæ per culturam exaltatæ plantæ, recedunt a genio isto, quem in hortis assumserunt, & minores factæ naturales evadunt & fecundiores. Plantas rarissimas in hybernaculis calidis summo studio fovemus, ubi foliis superbiunt, floresque tum rarius producunt: at in terra steriliori, aëre subaperto, minores evadunt & fecundiores. *Amaranthus Cristatus* in hortis semper luxuriat, nec naturalis videri potest planta, nisi in terra exsucca excrescere permittatur; ubi parva, miserrimam diceres, nullo modo variat, simplicissimasque spicas & ramos naturales promit.

Adeoque omnes flores luxuriantes terræ sterilissimæ per aliquot annos concedantur, si naturales examinare desiderium quem teneat.

Nul-

Nullus ſanus hoc tempore fidem adhibet Veterum ſententiæ, qui perſuaſi erant plantas in ſterili terra degenerare; TRITICUM in *Hordeum*; HORDEUM in *Avenam* &c. transformari in ſterili agro. Qui ſtructuram plantarum mirificam conſiderat, qui flores fructuſque tanto artificio productos & diverſos aſpexerit, qui autopticis experimentis & propriis majorem adhibuerit fidem, quam credulæ authoritati, aliter ſentiet.

Jam vero spes omnis omnino nos fallet, nisi ex ipsa juventutis educatione & primis quasi incunabulis initium fecerimus: Tum enim eam utique formam recipiunt teneræ mentes, quam corroboratæ postea per totam vitam conservabunt. Hinc lex etiam civilis quarumcunque societatum, legis divinæ & naturalis præcepto ac exemplo, parentibus injungit, ut liberorum curam prolixam & adcuratam ad maturos usque annos gerant; quam legem, vel legi simillimum naturalem instinctum, providus naturæ Auctor per totum animalium systema (ne etiam plantas sensu carentes in hunc censum traham) extendit, adeo ut quodcunque animal, proprio & singulari modo & mensura, proli necessariam præstet educatricem curam. Sed in societatibus humanis natura imperantium auctoritate excitatur & fulcitur, Scholis & Academiis juvatur, ceterisque vel statutis vel inventis, quibus saluti societatis serio hoc in puncto cautum voluerunt benigni & prudentes rerumpublicarum Rectores.

Succedent jam ordine argumenta, quæ robur causæ meæ conciliabunt. Eorum primum, & quod in fronte colloco, minori fortasse erit præsidio, quam delectationi; Nemini eas obtrudo, quæ mihi placuerunt cogitationes, quas tamen nec religioni nec rationi adversas esse defendo, sed dignas credo, quæ diligentius acumen occupent.

Deus nos homines in hunc mundum misit, instructos corporibus sensibusque externis, systemati nostro & generi vitæ conformes, ac pro illo omnino in natura sua determinatos, perinde ac cujuscunque animalculi organa & sensus suo systemati vel sphæræ in mundo vitæque generi accommodati sunt. Sed jam, potuissemus ne,

ne, quæſo, ad ſummum creationis finem & vitæ noſtræ ſublimem illam beatæ æternitatis ſpem attingere, etiamſi vel maxime corporibus & materiali nexu caruisſemus? Cum vero Auctor rerum ſpiritum noſtrum compagi corporeæ incluſerit, neceſſario ſequitur, quod via illa, qua ad perfectionem & beatitudinem itur, inde etiam determinationem ſuam ſortita ſit. Huic indagini dum mentem adplico, mihi pervidere videor, hominem a prima creatione deſtinatum eſſe, qui organis externis creata viſibilia cognoſcat, & præcipue quidem ea, quæ nos proxime ambiunt, terna naturæ terreſtris regna, eorumque incolas, quo micent omnes ordine, diſtinguantur ſinguli caractere, præſtent virtute; ut ita animus his deliciis quaſi ebrius, ad fontem earum adſcendere & cognitis creaturis ad creatorem elevari ſatagat. Nomen Dei operibus divinis impreſſum eſt. Particula auræ divinæ illa, qua ſuperbit hoc animal, quod hominem vocamus, ſpiritus noſter, diſcipulus eſt, cui hæc ſcriptura addiſcenda & legenda porrigitur. Etenim primus noſter de Deo ſenſus eſt ille *Creatoris*; Hunc præter ipſe Deus vel parum vel nihil nobis eſſet cognitus.

Præterea, unaquæque res creata ſuo modo & gradu perfecta & beata cluit, quando & quouſque verſatur & perſiſtit in illo ordine, quem ipſi aſſignavit creatoris manus; quippe quod ordo in mundo, mundi ſit pulchritudo & perfectio; Lapſus autem ordinem turbavit, & nos de harmonia cum mundi ſyſtemate debita dejecit. Et eo eſt, quo jam, ex Evangelii tenore, modo mirabili & ſupranaturali nos reducere nititur benigniſſimum Dei Numen. Perpendat ergo, qui voluerit, anne nos deceat hunc pulcherrimum intelligere operum divinorum ordinem & ſyſtema creaturarum? Saltem hinc ſequitur, quod, ſi ſana, pia, prudens & adtenta Naturalis Hiſtoriæ cognitio Chriſtianiſmi præceptis non injungatur, attamen fidei non repugnet, ſi per gradus creaturarum adſcendere & radios divini caracteris in natura duces ad centrum uſque retro ſequi quiverimus. Ante lapſum hoc iter in cœlum patuit; hæc regia fuit ad Deum via, quæ jam utut ſilvæ & du-

metis, quam viæ ſimilior ſit; licet tamen, & decet & tenemur pro viribus, lucernæ Chriſtianæ ope, illas ſemitas detegere & antiqua veſtigia relegere, quouſque manet officium, viget præceptum de ſectanda perfectione, & quouſque ſtat veritas immota, nos reſtitui debere ad id faſtigium, ex quo ſumus delapſi. Tantum etiam virium adhuc nobis reſtat, ut qui illud negligit & torpere ſinit, etiamſi gratiæ careat ope, ſit tamen *ſine excuſatione*, ex mente Pauli Rom. I. Quid ergo de illis quibus gratiæ lumen & cognitionis occaſio non deeſt? Saltem indubium mihi manet, quod cor ſpiritu actum divino, & mens luce cœleſti colluſtrata, opera divina certe non negligenter & perfunctorie contempletur.

Sed propius ad rem: Hiſtoriæ Naturalis lectio ipſam informationem & ſtudia cetera juventutis valde promovebit. Nihil facilius & avidius ſimul a pueris diſcitur; inſignis illa voluptas in tenellis, quamprimum ſenſibus uti potuerint, conſpicua, qua naturalia proſequuntur, corradunt, amplectuntur, indubio argumento theſin munit meam. Quid ſi tum protinus adultiorum cura digito quaſi monſtraret explicaretque adamatas curioſitates? Quamne creſceret ardor ſciendi & quærendi aſſiduitas? Hoc modo a lacte, pæne dixerim, materno diſceremus animum advertere & ſapientiſſimam Creatoris œconomiam, fines rerum creatarum, Numinis adcuratiſſimam omnium curam, & quæ ſunt reliqua obſervare, mirari. Et id licet puerili ac facili conſideratione peragaretur, ſenſim tamen inſenſibiliter adſueſceremus prudenti & omnimodæ attentioni circa omnia negotia, omneſque caſus, qui in vita reliqua nobis vel injungerentur vel obvenirent. Quod quidem emolumenti fruſtra a ſtudiis vulgaribus & abſtractis exigimus & expectamus: Hæc enim ante maturos annos intellectum, ut non movebunt, ita nec perficient; & fallor, aut adhucdum poſtea, pars horum ſtudiorum bene magna magis ingenii luſibus & velitationibus cathedralibus inſervit, quam rebus agendis eſt utilis, & negotiis vitæ neceſſariis. Ex matura autem hac, quam loquor, ad Hiſtoriam Naturæ manuductione, inſuper maxima erga

ga Creatorem flueret reverentia; Haud secus ac de alio quovis auctore vel opifice ex operibus judicamus, eique justum statuimus pretium. Etenim maxima illa sapientia & bonitas, qua Deus omnibus in mundo optime prospexit, fortiter percellet teneras & molles animas, quibus singula adhuc nova & admiratione dignissima videbuntur, antequam, succedentibus annis, segni, ut plurimum fit, & incuriosa consuetudine obduruerit mens, & sensus quasi sensationem perdiderint adeo, ut deinde pulcherrimas, quæ nos undique circumdant, res parvi faciamus, quod assuetus eas despiciat oculus. An vero hac, quam laudo, opera & studiosa rerum contemplatione assidue occupati sensus & inclinatio, deflecti possit a studiis illis vanis & periculosis illecebris pravæ voluptatis, quæ imprudentes quam sæpissime perdunt juvenes, expertes judicent. Id autem ego bene scio: Veneratione erga Deum omnem niti solidam & sinceram virtutem; & simul: Attentam rerum considerationem, seu animum prudenti attentioni assuefactum in negotiis humanis ad felicem eorum successum maximi esse ponderis.

Nec minus hoc pacto ipse intellectus a teneris usque annis excoleretur & acueretur: A sensibus externis ut in omni vita, ita præprimis in pueritia toti dependemus; Ea ætate si quidquam percipiendum, id erit quod sensus nostros feriat. Materiæ immersa juventus supra res & perceptiones materiales mente non adscendet. At in Naturali Historia, oculis, auribus ceterisque sensationum organis intelligere discimus, modo accedat ea præceptorum cura, qua excitemur & manuducamur. Lasciva pueritiæ licentia & inconstans pruritus ægre ad reliquos discendi labores cogitur; sed hic ludi specie falli gaudet laboris impatiens animus, quem totum occupabunt rerum infinita varietas, novitas deinde & ipsa notitiarum dulcedo, desiderio naturali sciendi fulta & sustentata. Et, quod spero, vix tam iners & tardum ingenium occurret, quod hisce deliciis non vincatur, ut pro viribus tentet vincere & cohibere tenebras ignorantiæ. Reliquorum studiorum, vel raro vel nunquam, dignus respondet juventutis mole-

ſtiis, laboribuſve præceptorum fructus; iſque, quantulus tandem fuerit, inſuper tardus venire ſolet. Sed in his mox inſignis & maturæ utilitatis erit; quin etiam, temporis beneficio continuo auctus, excellentior in rempublicam & privatam redundabit. Adderem quantum informationis apud ipſos Præceptores moleſtias levaret jucundiſſimum Hiſtoriæ Naturalis ſtudium; Et quoad ſucceſſum propriam adferrem experientiam; niſi . . . . . Porro: Quanti foret, delectus ingeniorum in Scholis ſi haberetur, equidem pervideo; nec ullus dubitabit, quicunque animum attendere voluerit, quin plurimum detrimenti omnes ſtatus, conditiones & munera inde capiant, quod invita Minerva multi ſe rebus adplicent & naturæ adverſum ſequantur ſtudiorum vitæque genus. Eſt autem vulgaris docendi diſcendique ratio illi obnoxia incommodo, ut quam difficillime adpareat, quo naturæ ipſius vis & ardor inclinet. Cui malo remedium aptius Hiſtoria naturali non inveniemus. Ubi enim data fuerit adoleſcentulo poteſtas oculis videndi, tractandi manibus, menteque conſiderandi quaſcunque res in univerſo creatas; ubi ſimul audierit, quid de earum natura, differentia, claſſe, ordine, genere, ſpecie & variationibus diſſeratur, & uſum ſingularum denique in vita humana didicerit; non utique poſſet adeo induſtriam humanam fingendo ludere natura, ut nihilominus lateret, quid puerum adhuc fraudis expertem, maxime occuparet, cujuſve generis negotiis natus eſſet. Multæ quidem, fateor, occurrerent in hoc delectu difficultates, quæ nec omnes ſuperari poſſent; ſed errarent, eſto, circa quædam ingenia Præceptores; Præſtat tamen in pauciſſimis, quam ſemper erraſſe; reliqua ſollertiæ & exercitationi relinquenda ſunt, cui plurimum confido. Jam vero quam maxime queror, in ſcholis noſtris ex quolibet ligno Mercurium effingi: Talis enim ibi eſt omnis ſtudiorum ratio, ordo, adparatus, ut omnes omnino diſcipuli ſacerdotio & Theologiæ Scholaſticæ conſecrentur. Cui nimio & intempeſtivo κορβᾶν ſalus reipublicæ ſe quam acerrime opponit. Contra ea vero, ſi in Scholas Publicas Hiſtoria Naturalis introduceretur, illæ

ipſæ

ipsæ etiam auctoritate, fama, frequentiaque discentium crescerent. Tam lautioris, quam tenuioris fortunæ parentes hanc liberis suis informationem expeterent. Quod si olim, ut spero, hæc notitia munerum quorumcunque candidatis injungeretur auctoritate publica, ipsa necessitas, etiam invitos, cogeret pueros publicæ curæ committere; oppido enim difficile erit invenire doctum satis Historicum Naturalem, qui intra privatos lares pignora eorum erudiat; quod hoc doctrinæ genus, saltem adhuc sub primis suis incunabulis, majores impensas & multiplicem experientiam acquirat.

Hoc pacto cum plurimi studiosorum occasionem nacti sint, qua abdita naturæ vis & inclinatio excitetur, excellentia quædam ingenia vel ultro se proderent vel sollertia Præceptorum detegerentur, ea præcipue, quæ hoc in studio insignes facere possent progressus; quo ipso & popularium famæ & patriæ utilitati egregie consultum foret. Illi deinde, qui in Schola & Gymnasio plus minusve profecerunt, postea per totam diœcesin dispersi, utique Historiam Naturalem agri quem incolerent, locorumve ubi diversarentur colligerent; ut ita brevi perfectam adquireremus notitiam illarum terrarum, quas Deus & sors nobis colendas tradidit. Quanto autem nostro id fieret emolumento, non eum fugere potest, qui qualitercunque œconomiæ fundamenta & arcana noverit, & quanta illorum cum Historia Naturali sit cognatio. Etenim hujus ope studii, præterquam quod regiones nostræ insigniter indies quoad vegetantia excultæ florescerent, ratione & experientia inter se conjunctis; etiam offenderemus multis in locis, quæ exportata, extrinsecus multas redderent divitias; sed quæ ignorantia huc usque vel occultavit vel sprevit. In sinu quasi nostro detegerentur eædem res, quarum quotannis pretium exteris ad plurimas myriades solvimus. Præterea, quantam ne experirentur facilitatem pro votis & desiderio levandi indigentiam nostram illi, qui habenas tenent regni & rebus nostris prospiciunt, magnates, collegia regni, & quicunque demum majoribus præsunt negotiis, imo etiam ipsa regia cura; cum singulæ provinciæ ita eis descriptæ ob oculos ponerentur, ac si propriis laboribus illas lu-

ſtraviſſent. Nihil attinet dicere, quomodo docti pariter ac indocti ipſis ſenſibus uberrime e quovis naturali haurirent certiſſimas demonſtrationes illarum veritatum, quibus Metaphyſici nos de ſapientia Dei & mundi perfectione convincunt. Nec eſt neceſſe in mentem revocare, quas ex œconomia animalium jam dudum vitæ noſtræ vel neceſſarias vel commodas artes didicerimus, & quantum ab illis adhuc diſcendum reſtet. Prætereo quoque ſciens quid Oeconomi, Medici, Metallurgi, Opifices, Mercatores &c. ex Hiſtoria Naturali locorum patriæ ſperare poſſent; ſi enim ita ad ſingularia deſcendere eaque debitæ conſiderationi ſubjicere vellem, certe & vires & vita me deſererent, antequam ſcribendi deficeret materies. Adeo Hiſtoria Naturæ multiplici abundat uſu & utilitate. Si vero quis inſuper curioſitates quæreret; ut moris jam eſt, quod curioſis quam utilibus magis ſtudemus; næ profecto maximæ eſſet curioſitatis Hiſtoriam totius regni Naturalem bene obſervatam & deſcriptam habere.

Hac occaſione opportune ſuccurrit genii humani ea indoles, qua ut oblectent ſtudia ſimul cum utilitate poſtulat; quo magis ſuffragamur Poetæ: *Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci.* Et quidem plurima magis deliciis noſtris, quam reipublicæ bono agimus. Nec ego ab oblectamentis adeo ſum alienus, ut illa ceteris hominibus denegare velim: Tales enim creati ſumus, eaque noſtra natura eſt, ut gaudio & voluptatibus omnino carere nequeamus. Sed quæ nos occupant deliciæ maxime inter ſe differunt: Quo puriores, eo ſunt etiam magis innocentes. Jam vero omnes, quotquot ſunt, qui varias voluptates deguſtarunt, obſecro & obteſtor, dicant, quod res eſt: Etenim fatebuntur, quod ego ipſe expertus novi & teſtor, non eſſe alterum ſtudiorum genus, quod puriori & vehementiori ſimul oblectamento mortalium animos permulceat, imo vero percellat, quam naturæ cognitio. Mitto Phyſicam ſeu Naturalem Philoſophiam, profundioris ingenii & majoris apparatus labores; quæ, quod elementa eorumque vires & cauſſas phænomenorum naturalium experi-

perimentis & Mathematicis rationibus conſideret & metiatur, altius ſupra vulgarem ſortem adſcendit. Cuilibet non licet adire Corinthum; ſed Hiſtoriam Naturalem eamque ſolam & ſimplicem loquor, cui ſenſus externi ſufficiunt, eorumque prudens uſus, ut quæ intellectui offerunt ea juſtæ conſiderationi ſubmittamus. Ita enim res ſe habet: Præſens in omnibus rebus Numen, ſeu Sapientia, bonitas & provida Creatoris cura, quæ in ſingulis creaturis conſpicua eſt, facit, ut nobis cognitio noſtra placeat; imo, maximum & unicum eſt, unde Veneres ſuas puras, ſanctas & mirifice placentes mutuantur ea, quæ ſcimus; quodque inſuper mentem ad Auctorem rerum elevat, ſumma cum ejus admiratione, laude & gloria. Nec difficile erit fines rerum uſuſque partium a Creatore deſtinatos detegere & explicare, modo ſemel animum attendere & negotium exordiri ſuſtinuerimus. Omnia ſcilicet pulcherrimo nexu cohærent, quicunque vel unicum annulum catenæ finium divinorum prehenderit, nexus ſollicite legendo, totam peragrare poterit. Hebetudini aciei mentis hic ſuccurret cognitionis voluptas, quæ ſubinde creſcens continuo œſtro perciet innatam ſciendi cupidinem; ut quo longius proceſſeris, eo minus laborum pœnitebit. Imo vero his ſacris qui rite initiatus fuerit, niſi cum vita ab opere ceſſare nequibit; pulcherrimis enim ſpectaculis aſſuetus, eo vehementius animum pluribus paſcere ardebit, quo certius illi conſtabit harum deliciarum nec finem nec modum eſſe. Quid enim ſapienti jucundius, quam adcuratiſſimam harmoniam, quæ eſt inter *hominem* & *mundum* ejus, perinde ac inter reliquas regnorum naturæ incolas eorumque *mundos* (ſit venia verbo) obſervare, perſpicere? quid dulcius, quam, per ſingula cundo, diſcere, indefeſſoque ſtudio videre & experiri nullam vel in animali quocunque fibram, vel in planta lineolam, vel in lapide punctum ſupervacanea cura poſitum eſſe, aut ſine proprio ac ſingulari uſu & officio? adeo natura rerum finibus divinis convenit. Exemplorum, qui præſto eſt, numerus infinitus cogitantem obruit; nec opus eſt experientia comprobare aſſerti veritatem; ſufficit, quod unaquæque in toto vaſtiſſimi hujus ſtudii ambitu conſideratio, animum

ita

ita permulceat, ut ſapientiſſimos Numinis fines explicaverit.

Sed quæ dicta ſunt quibuſdam adhuc fortaſſe videbuntur minoris momenti eſſe, quam ut univerſali neceſſitate omnibus & ſingulis ſtudioſis Hiſtoriam Naturalem imperare poſſint. Ergo ulterius: Cum in Scholis & Gymnaſiis juventus non ad unicum, ſed diverſa & omnia vitæ genera erudiri debeat, neceſſe etiam eſt, ut ejuſmodi ſtudiis diſcentium animi imbuantur, quæ, firmiſſimi fundamenti loco poſſint variæ & cuicunque eruditioni ſubſterni. Licebit ne, quæſo, publicorum præceptorum diſcipulo æque eſſe idoneo, ut admoveatur publicorum munerum tirociniis; ut Medicinæ, ut Juriſprudentiæ &c. det nomen, ut in Collegia regni auſcultantis jure introducatur &c. ac eis, qui informationis privatæ præceptis & inſtitutis adoleverunt? Saltem hæc fuit mens, hic finis fundatoris ſtatoriſque. Vulgaria autem in Scholis ſtudia, quibus publici labores conſecrati ſunt, ego nec acri & intempeſtivæ limæ ſubjicere, nec quidquam pretio eorum detrahere cupio; fruantur, per me licebit, honore & auctoritate eis a tantis viris adſerta; nihilominus tamen, bona illorum, omniumque Ephorum & Rectorum pace, Hiſtoriam Naturalem ceteris adjungere non dubito; & quidem, ſi de gradu honoris diſceptatio foret, periculoſiſſimam æmulam; cum vix ulli diſciplinæ, imprimis reſpectu finium divinorum, ſecunda eſſe poſſit, niſi infelix injuria invidioſi faſtigii meritis multum detraxerit. Ut robur dictis addam, demonſtrabo hoc ſtudium quibusvis conditionibus & vivendi modis utile eſſe ac neceſſarium; ne tamen illo in negotio prolixus ſim, prohibet ipſa rei evidentia: Cum enim ex antea dictis concluſio prono fluat alveo, anxia & verboſa ſollicitudo hic eſſet ſupervacanea.

Theologiæ & Sacerdotio primas concedo partes, cum ſanctioris diſciplinæ jure, tum etiam, quia multis perſuaſum eſt, aut plurimam juventutem ſcholis, ut vocant, trivialibus, præcipue vero Gymnaſiis traditam, ſacris eccleſiæ officiis devotam eſſe; aut etiam myſteriis religionis, munerique eccleſiaſtico Hiſtoriam noſtram Naturalem,

lem, quæ conducat, nimium profanam esse. Experiamur autem, an satis habeant, argumenta sequentia, quibus ego quidem cessi, efficaciæ, qua horum protervia vel corrigatur vel confundatur.

1°. Quoad ipsum *Sacerdotii munus* magni est usus Naturalis Historiæ cognitio; *Usus* inquam, qui, si cujusdam Philosophiæ aliquis est in Theologia, certe hujus quam maxime insignis; sed ego quidem Historiam Naturalem potius elementum & primas lineas, imo etiam fundamentum omnis eruditionis humanæ dicere mallem. Quod argumentum alio tempore & loco uberius persequar; interim tamen non possum quin verbo moneam, quod si artium scientiarumque fontes & origines scrutari voluerimus, patebit omnino, omnia fere inventa nostra rerum naturalium considerationi cunas debere, qua, sapientissimi creatoris miserrimi simii, naturæ aliquo modo didicimus premere vestigia. Cum de *inventis* mentionem injecerim, urget animum ipsa rei indignitas, ut conquerar genus humanum sibi *Historiam inventorum* invidisse. Etenim, idem iter ad nova patet, qua itum est ad priora inventa; &, quod ad ipsos inventores adtinet, videntur quidem meruisse, ut eorum memoria post funera viveret: Societatem enim humanam sibi devinxerunt, tantis saltem beneficiis, quantis illorum plurimi, qui pomposo heroum nomine sublimes, *vivum volitant per ora virûm*, quorumque immortalitati vastissima volumina cædibus ac tyrannide gementia, vel timida & adulatrix, vel crudelis eloquentia consecravit, miserrimo posterorum impotenti ambitioni exemplo, & flebili simul documento, quanto majoris faciamus eos, qui nocere, quam qui prodesse voluerint. Repeto: Historiam Naturalem scientiarum & artium genitricem esse, illisque quotidie ubera præbere. Philosophiam Theologiæ studioso necessariam prædicamus; ergo idem de Historia Naturali inferre licebit: Si enim alterutra, mox utraque Sacerdoti conducet. Quid ni ad ipsum fontem adscendam, ut facilior per pronos rivorum alveos sit decursus? Nec mihi cum sacerdotii insula necessitas credendi in rebus Philosophicis imponitur; aut ego, cur eadem libertate carebo, qua gavisi sunt

illi,

illi, quos agnoſcunt opiniones quæcunque primos auctores? Præterea mihi quidem ſimplici fidei ingenuitati quam maxime convenire videtur Hiſtoria noſtra Naturæ, & ipſa eo minus fucata & fallax, quo ſimplicior & facilior eſt animum advertentibus: Etenim omnes, quæ hic nobis inſinuantur veritates, principia & veritatum canones, innocenti, ſed inſigni tamen uſu & utilitate ſe nobis commendant; quod ipſe & mecum omnes, qui Theologiæ ſimul cum Naturali Hiſtoria operam dederunt, novimus, affirmamus, defendimus. Studia autem vulgaria, in Scholis publicis ſi proprius examinaverimus, & ſi libere fateri quod res eſt conceditur, neſcio anne in juventute, ſub nomine Philoſophiæ, magnam partem ea didicerimus, quæ tumidæ & verboſæ cathedræ, quam vitæ & negotiis ſunt accommodatiora; ut ſupra me verbo monuiſſe recordor. Deinde: multos audivi ſinceros & bonæ frugis Sacerdotes conqueſtos eſſe, quod ſumma licet ope nitantur, ut auditoribus, rudi vulgo, hæreat memoria doctrinæ & dogmatum, quæ feſtis diebus e ſuggeſtu traduntur, ut toti vitæ jugis regula ſint, parum tamen proficiant & omnis labor tantum non ſit inutilis. Agricola enim aliis curis occupatur, quam ut animum adplicet rebus, quas ab aratro & operibus ſuis tanto ſpatio differre credit. Nec fere benignius fatum ipſa Chriſtianiſmi rudimenta ſeu Cathecheſin manet, & quid mirum quouſque opera quotidiana cum Chriſtianiſmo non majorem, quam pro vulgi opinione habent connexionem & harmoniam? Contra vero, ſi poſſet ipſe verbi Divini myſta ſanctiori oculo ea, quibus occupantur auditores, conſiderare; meditationes ſuas ſubjectorum conditioni adplicare, & veritates Chriſtianas ſimilibus & exemplis illuſtrare, quibus familiariter ſolita eſt adhæreſcere mens inſtruendorum, quæque jugiter illis obverſantur; ſane & uberrimam materiem ſacrarum cogitationum haberent, & melius omnino negotium procederet. Præcipuum autem eſt, permovere auditores, ut qualitercunque obſervent inſignia illa documenta præſentiſſimi Numinis in omnibus rebus, quæ eos circumſtant, quas unquam tangunt, quibus continuo utuntur. Eſſet

tum

tum profecto etiam, quod indoctæ turbæ ſemper Deum & pietatem cum monitis vitæ Chriſtianæ neceſſariis in memoriam revocaret, imo quod ſegnes excitaret ac protervos truderet, & id quidem, (quod maximum eſt) eo modo, ut neutiquam in curis & laboribus ſolitis impedirentur. Oratoris eſt auditores noſſe, quibus ſua perſuadere vult; perſuademus autem ut plurimum tumultuaria affectuum motione; qui autem ſanctiora tradit, tirones ſuos duratura convincat certitudine; cui quam maxime conducet fini, ſi modo auditoribus intelligibili & familiari argumentatus fuerit.

Et poſſunt quidem omnino hæc omnia populari, apta facilique oratione confici. Sic agricola e. g. plurimas res curat, in quibus continuis radiis ſapientia, cura bonitasque divina fulget, cujus nec ipſe inſcius eſt; ſed luce quaſi dubia videt, maxime vero ſui bono intelliget, ſimulac *ducem*, auctorem, monitoremve nactus fuerit idoneum. Is autem dux & auctor ſuas rite non perſequetur partes, niſi ipſe prius Hiſtoriæ Naturalis ſtudio ſibi oculos adperuerit & adtentioni reflexivæ adſueverit.

Non crediderim hæc Theologis duriora videri, quaſi, nimis procaci familiaritate, divinis humana miſcere vellem; Præterquam enim, quod celebris illa controverſia de uſu Philoſophiæ in Theologia olim a ſanioribus in favorem cauſſæ meæ deciſa ſit; etiam difficilioribus aurem vellam, ut meminerint, quid *Nomen Divinum* ſignificet, cujus in oratione dominica ſanctificationem humillimis votis expetimus, id enim nomen Dei eſt, quo Deus *revelatur & cognoſcitur*; non unum tantum, ſed omne; non in gratiæ modo, ſed etiam in naturæ regno. Omnia opera Divina Deum nobis noſcendum, honorandum & glorificandum præbent, officii eſt noſtri hos eorum fines exſequi pro conditione, ſitu ac ſtatu noſtro in mundo & corporeo & ſpirituali, & naturali & gratioſo. Hoc Philoſophia ſummis viribus inſinuat atque tuetur, revelatio autem confirmat & indubium reddit. Poſſem igitur argumentis tum ex ratione tum ex ſcriptura deſumtis, magna volumina congerere, niſi doctis loquerer, quibus nota repetere ſupervacaneum foret. Operæ tamen pretium eum factu-

ſturum credo, qui animum advertere voluerit ad ea, quæ Divinus Paulus pluries ſuper hac re ratiocinatur. Enimvero ratio humana, ſibi licet relicta cœcutiens, rem tamen non poteſt non tangere; mens autem divino lumine colluſtrata clarius omnia perſpicit; eandem tamen ambæ vident, divinam gloriam in creaturis corruſcantem; licet hæc, viribus ſuperne inſtructa, cuncta meliore ſucceſſu ſcrutetur & ſanctiori fini adplicet.

Inter pia piorum eccleſiæ Doctorum deſideria nec minimum eſt, quo vehementer optant, ut multiplex illa ſuperſtitio, quæ plurimis in locis vulgus auditorum adhuc premit, penitus extirpetur; id enim religionis & pietatis maximo bono fore vident, quod maximis impedimentis remotis, facilior illis & pronior redderetur curſus. His autem votis nullo modo fieri poteſt ſatis, niſi ipſe doctor & ductor ſuperſtitionum naturam rimari intellexerit, unum ab altero ramum diſtinguere, ſingulaque ex fundamento diſcutere; niſi naturæ effectus & phænomena noverit explicare, quorum cauſſæ, quia vulgus latent, mentes primum cupida admiratione ſuſpendunt, deinde etiam nubilis erroribus immergunt. Et licet hanc fortunam etiam Phyſicæ deberi fatear, reor tamen & confido analogiam obſervatorum in Hiſtoria Naturali ſufficientem fore, qua quicunque ſuperſtitionis infelices fœtus ſuffocentur, imo cui ipſa mali origo cedat; quod ſine hac diſciplina fruſtra undecunque expectaveris.

Tandem: quanto numero ſunt ſacræ ſcripturæ dicta, quæ ex Naturæ Hiſtoria explicationem petere neceſſe habent? Eo in caſu utique ſemper ſecuriori veſtigio procedemus, ſi ipſam diſciplinam ſolide & ſyſtematice intellexerimus, quam ſi aliorum verbis inhærere & cogitationibus diſperſis ac ſæpius excentricis niti coacti fuerimus. Videmus enim ejuſmodi cogitata, ſi in ordinem juſti ſyſtematis ea redigere voluerimus, male admodum ſæpius cohærere, & miſerrimam anomaliam ſyſtemati naturæ inducere. Solida autem Hiſtoriæ Naturalis cognitio Hermeneuticis Sacris maxime erit uſui; ita e. g. ſufficientes nobis reddit rationes objectivas legum judaicarum; adeo ut œconomia Divina in lege ceremoniali, æque ac in

cete-

ceteris, probetur cum voluptate bonis, & muniatur contra eorum insultus, qui impio exultant gaudio, quoties in sacris literis invenerint, quod sub aliqua specie carpant.

Ut enim, propter principia, quæ tradit, diætetica, universis Historia Naturalis, qui valere sani cupiunt, est necessaria, ita certe non parvi momenti esse crediderim Sacerdoti, si cum principiis naturalibus commonstrare quiverit legum Divinarum convenientiam. Sed nec unica est hæc, quam exempli loco adduxi, utilitas; non enim scripturæ interpres vel paginam unicam in totis Bibliis inveniet, cujus explicationi proficuam non experietur Naturæ Historiam.

Addo, quod harmonico naturæ ordine, continua exercitatione, familiares facti, ultro divinæ Sapientiæ & œconomiæ adsuescimus; quo ipso, cum amor & reverentia Numinis altiores egerit radices, etiam deinde lætabimur & animum nobis & vires insigniter crevisse scrutandi, explicandi, defendendi celebrandique judicia Dei & agendi modos, disciplinam denique, qua in regno suo subditos compescit; imo alacri & industrioso conamine veritatem religionis Christianæ evincemus, quod non tantum rationi non repugnet, sed etiam hunc Creatorem hancque creaturam optime deceat. Novi ego virum, qui quidem antea sacra oracula semper veneratus est, nescivit tamen tanta sapientia singulas refertas esse particulas, antequam animus, beneficio Naturalis Historiæ sollerter acutus, meditationibus hermeneuticis adplicaretur.

2. Cum habitum Sacerdotalem induimus, non ideo hominis & civis conditiones exuimus & officia. Sacerdotem utique non magis ac quemvis alium dedecet scientia rei civilis, œconomicæ, agrariæ, hortensis &c. &c. cui quantum Historia Naturalis conducat nemo nescire potest.

Singularis præterea eaque insignis est hujus studii utilitas, quam addo: Sacerdotum, scilicet, partem maximam cura ovium longe a Medicis & Apotheca removet; plurimæ enim apud nos paræciæ nimium a civitatibus primariis dissitæ sunt; e re igitur esset, ut possent Pastores suæ suorumque sanitati, regulis diæteticis & pharmacis bonis

consulere. Etenim hoc minus abhorret a sacerdotii sanctitate, quam plurima alia negotia & opera profana, quæ, ut communis fert & praxis & opinio, auctoritati ministerii nihil officiunt. Propria insuper me perdocuit experientia, quod in Parœciis remotioribus, ne dicam omnibus, vulgus tantum in præcone ponat spei, ut ab eo medicinam tam corporis quam animi expetat & expectet; quod ego, ut corrigere nequeo, ita improbare nolo. Rustica simplicitas Sacerdoti omnia tribuit; nec est plurimis in locis alius, qui supra vulgus sapere judicatur: Quod si facilis conveniri potest, & bono deinde consilio faverit eventus, utique indies & Pastoris in Ecclesia auctoritas, & auditorum in eum amor, confidentia, sinceritas &c. crescet. Quantum inter has curas introspicere dabitur in statum & circumstantias auditorum, nihil attinet dicere. Ego his tantum positis, maximopere studium naturæ urgeo. Consulet enim Sacerdos melius tam conscientiæ suæ, quam agricolarum saluti & commodis, si cum ratione consulere & salutaria a noxiis discernere noverit, quam si idiota sine ratione ageret & ita periculum faciendo, in periculum & se & alios duceret. Non dico Historiam Naturalem, qualis communiter traditur, huic fini solam sufficere; requiruntur quoque quædam de constitutione corporis, diagnosi morborum &c. notitiæ; sed quæ facile una cum Naturali Historia se insinuabunt, dum modo ejus studium rite institutum fuerit; tum vero, quid obstat, nisi ignorantia, quo minus innoxie utatur quisque quocunque loco, illis medicinis & pharmacis, quæ sua fert suis morbis tellus? Quod si volupe fuerit ulterius adhuc progredi & Sacerdos paterne, etiam in reliquis, rebus cœtus & plebis suæ providere potuerit, atque rudibus & egenis incolis ita in temporalibus ac in spiritualibus esse auxilio; imo etiam toti reipublicæ beneficium illud præstare, ut indaget & adperiat omnia, quæcunque societati humanæ usu proficua, intra suæ parœciæ limites natura absconderit; ea quidem, inquam, uberiorem notitiam & majores poscerent labores; sed & eo majores gratias, honores & munera promererentur. Ita quo me cunque verto, video Historiam Naturalem adprime Sacerdoti fore utilem. Sed

in

in hoc argumento ex instituto prolixior fui, tum quod propriam caussam agere mihi visus sim, tum etiam quod res ipsa ignaris novitate quadam insolentior adpareat.

Venio jam ad reliqua vitæ genera, quibus Naturæ Historia usu & familiaritate communiter magis conjuncta judicatur; quare etiam pauciſſimis rem expediam.

Quantum foret tam impensarum quam temporis lucratum, si mox ex Gymnasiis proderent adolescentes, quī solidis Historiæ Naturalis principiis fundamenta jecissent Medicinæ, rei Metallicæ &c.? Contra ea jam quidem studiosus absolvisse debet studia Academica, antequam in Collegium Metallicum auscultans, seu rebus agendis præparandus, intromittatur; & jam pridem auscultantis nomine superbit, antequam vel unici lapidis caracterem noverit. Hinc est, quod tardissimi in studio mineralogico fiant progressus. Similiter studiosus, cum jam dudum Medicinæ nomen dederit, incipit demum de cognoscendis herbis reliquaque materia Medica sollicitus esse; tum vero simul tanta multitudine novarum rerum obruitur, ut ei fere non respirandi copia sit, ante ætas & ambitio quam poscunt, ut alicunde insignia Doctoratus mercetur.

Commerciorum studiosis & Mercaturæ cultoribus dextræ manus officium præstat, quam laudo, Historia; imo vero, sine ejus opera & auxilio, ne latum quidem unguem vel mercaturam vel fabricas nostras promovemus. Quid est, quo nititur illa fortuna, cuive illæ tam magnæ opes superstructæ sunt, quas Europa stupet & uni alteræve ditissimæ genti invidet? Quod nisi mercator ita uno oculo regionis suæ penus, statum & commoda respicit, ut certi sumus cum altero singulare lucrum studiose venari, non dubito eum impigre reipublicæ fraudi damnoque futurum; ita persæpe, quorum est divitias alienas in regnum inferre, etiam quas habemus gratis aufferunt, pauperrima peregrinarum vanitatum cupidine relicta. Ego igitur firmissime persuasum habeo, quod Mercator cum Agricolis, Sylvicolis, Opificibus, Metallurgis & denique omnibus, qui suo maximo labore primisque sumtibus merces nostras redimunt, intime amicas & socias jungere debet manus, ut quid e re horum sit sciat, ejusque semper rationem habeat.

beat. Villici boni eſt prædium ſuum noſſe, qua egeat, quave re abundet; hujus eatenus in republica officia ſuſtinet mercator, ut haud culpa vacet, ſi Patriæ ejuſque Naturalis Hiſtoriæ, facultatum & defectuum in totum ignarus ſit. Idcirco ſemper etiam credidi ei, qui commercia ſtudet, duplex, imo & duorum virorum opus incumbere; eumque, ut negotio ſuo par fiat, multum indigere opis alienæ, quo tempori & ſumtibus parcatur.

De ceteris regni œconomis adhuc planior res eſt; iis ſcilicet, qui agriculturam, qui opificia & fabricas, qui res metallicas quocunque modo curant vel dirigunt. Summa eſt votorum noſtrorum, ut hæc negotia ſeu conamina noſtra œconomica bene procedant, cui nihil adeo conducet, ac ſi juventus Hiſtoriæ Naturali ſummis viribus incumberet, quam præter ne hilum proficiemus. Propterea quantum hæc ipſa œconomica incrementa *Executoribus* & *Judicibus* cordi ſunt, tantum Naturalis etiam Hiſtoria illis erit in deliciis. Ejus enim expers ſtudium œconomiæ vagum, vanum & miſerum erit. Etiam tenuiſſimæ ſortis agricolam vel traditionibus patrum vel proprio marte quædam diſcere videmus; & quo plura didicit, eo melius rebus ſuis proſpiciet. Quanto autem majore neceſſitate illis hoc ſtudium injungitur, quorum curæ œconomia totius Territorii, Præfecturæ, Provinciæ, Regnive innititur?

Multi quoque tenuioris ſortis pueri ſcholas frequentant, qui deinde vel officinæ cuidam dicantur, vel quorum adulta ætas rebus aut publicis aut privatis adplicatur, quod Prætores Territoriorum, Villici prædiorum, Rationariive cujuſcunque generis &c. creentur, vel aliis quibuſvis officiis admoveantur; hi, inquam, quantæ poſſint vel regno vel dominis ſuis eſſe utilitati, ſi noſſent quæcunque Naturalia, & quibus vel adhibentur vel adhiberi poſſunt uſibus? Non in his eorumque ſimilibus philoſophicam & ſyſtematicam notitiam requiro; nec eſt neceſſe, ut apologiſta, quem vocant, mox ſit inſignis Hiſtoricus Naturalis; licet nec id aliquando, quod ſpero, impoſſibile erit; jam autem nihil ultra vel efflagito vel prædico, quam quod, hoc ſtudio in ſcholas introducto & floreſcente, primo facultas diſcendi omnibus dari poſſit, quicunque his il-

lece-

lecebris se capi paterentur; deinde, ne studio quidem & consilio destinato has notitias intra paucos discipulos cohiberi vel secretas teneri posse, quin vel ad infimos quædam emanent. Ea est ingenii nostri indoles, ut, præter cupiditatem sciendi objectis & scientiis parem, desiderio etiam gaudeamus innato alios docendi ea, nobismet ipsis docta placent. Ita puerorum alter alteri mox arderet monstrare ea, quæ ipse cum voluptate vidit & nosse didicit; hic vero æque cupide notitiam hauriret, præberetque dociles oculos, aures animumque sodali; adeo ut sperare fas sit, has tam scitu utiles & necessarias res facilius & ad plures per ipsos discipulos elapsuras, quam Præceptorum diligentia & industria. Non igitur dubitamus, quin intra breve temporis spatium, tota Respublica optimi instituti fructus sensura sit.

Tandem opportune redit in memoriam forma regiminis in Patria & libertas nostra; vivimus ubi potestas legislativa & summum imperium penes ipsos manet subditos. Ergo hic unusquisque, cui occasionem & facultates largitur fortuna, in eam spem educari debet, quam singulis libera nascendi sors indulget, ut aptus evadat, qui aliquando in regni comitiis opera & consilio Patriæ res administret; eum autem, qui summa potestate maxima regni negotia curabit, felicitatemque nostram formabit & promovebit, quid magis condecet, quam statum regni nosse, solique, quod incolimus, naturam, copiam & inopiam, ut quæ ipsa ultro offert terra commoda amplectamur potius, quam peregrina sectantes, nobis ipsis desimus.

Possem adhuc plurima addere; in amplissimo enim argumento plurima dicenda restant. Sed hæc hac vice sufficiant. Quod si aliquis contra senserit, dabit fortasse objectionibus suis occasionem quædam ulterius explicandi. Maximum autem pro mea caussa foret argumentum, si rem ipso opere experiremur; cujus experimenti quasi prodromus & exemplum in *Descriptione Dalekarliæ* promittimus.

Interim confido, me pro re majora non ausum, si ex dictis concluderem: Nullum ex omni studiorum genere Historia Naturali majorem vel latius patentem, imo ne parem quidem usum præstare; nihil plurimis scitu magis

necessarium esse & quod communius discatur; hujus igitur Historiæ lectionem in omnes nostras Academias, Gymnasia & scholas introducendam; deinde in examinibus singulis & omnibus explorandos esse in hoc studio profectus eorum, qui vel studiosorum, vel Magisterii, vel Sacerdotii, vel Auscultantis aut Scribæ vel Chirurgi aut Medicinæ Doctoris &c. jura, privilegia & insignia ambiunt; imo etiam omnium, qui publicis quibuscunque officiis admoveri cupiunt, ut quisque, antequam promoveatur, demonstret, se tantum ex Historia Naturali didicisse, quantum negotiis officii sui ei usui futurum prudentes judicaverint. Haud secus ac ob opificibus requiritur, ut suæ officinæ suorumque artificiorum materias probe dignoscere & explorare possint. Quid si insuper, bona tamen delicatulorum venia, Historiam Naturæ aliqua ex parte sexui muliebri, saltem illis, quæ rem familiarem curare non erubescunt, necessariam esse?

Sed eo usque procedere jam prohibet instituti ratio, quæ solas respicit Scholas publicas; imo vero ceteras suis relinquit Diœceses, in nostram solam, & quidem in solum Arosiense Gymnasium intenta. Exultat animus, dum mecum reputo Mæcenates meos primos honorem tanti instituti, maximasque a posteris gratias meritissime laturos; popularium quoque meorum vices sincere gaudeo, quod eos primi & potissimum maximi fructus, & Gymnasium Arosiense famæ gloria maneat ex publico Naturalis Historiæ studio.

Enimvero de prospero successu propositi mei eo minus dubito, quo magis persuasus sum innocentissimam Historiam Naturalem nulli invisam esse, sed nec ullo suo merito cuiquam esse posse, qui remoras injiciat; & deinde, quis talia auderet, cum sub vestris, Patroni, auspiciis pro illa militem? Præterquam quod pro rei dignitate pauciora & promiserim & poposcerim, ut & exitus maxime caussam probet nec alumnæ nimia laus sit invidiæ. Si autem liber lectissimæ Scientiæ datus fuerit in Gymnasium nostrum introitus, intra decem, vel, quod maximum, 20 annos, tot felices hujus studii cultores polliceor, ut totius Diœceseos singulis scholis sufficere possint; imo & celeberrimos ex Arosia nostra Historiæ Naturalis Doctores proituros.

Sed

Sed qua ratione, quæ postulo, optime & commodissime exequentur? Maximi ponderis est quæstio, quæ tam ipsum Lectoris munus, quam salarium respicit. Et salarium quidem duplici pacto haberi potest; non tamen utroque pari facilitate, sed neque utilitate; aut enim novo Lectori novo providebitur salario; aut cuidam ex veteribus novus injungetur labor. Prius vel nominasse pœnitet, cum quantæ sit difficultatis id efficere me non fugiat; nisi vos, Mæcenates, ipsi consilio & auctoritate rem juvare noveritis; suo namque Historiam Naturalem proprio Doctore opus habere etenim pervideo.

Inter priores autem Lectiones, forte esset, quæ necessitate & utilitate huic novæ cederet; sed super ea re liberius ratiocinari nolo; animus mihi etiam est peregrinam & ignotam hanc Historiam modeste insinuare, non vi intrudere, ne morosos ab ipso limine malo offendat omine vel irritet. Nullam igitur Logices & Physices Lectione ei aptiorem invenio. Metaphysica namque, quam hic idem Lector Regia constitutione docere tenetur, sine damno & salva Gymnasii auctoritate, Academiæ tradi potest, quæ & eam jure sibi vendicat; quod autem ad terminos, ut ajunt, Metaphysicos attinet, quorum in Theologia aliquis usus est, næ illi non prolixos poscunt labores. Loco præterea Physicæ Gymnasio abunde sufficiet Naturalem Historiam tractavisse. Præterquam quod omnis in Physica vanus sit conatus, antequam in Collegiis Academicis studiosus necessaria substruxerit Mathematica fundamenta, eique experimenta inspicere licuerit, quibus omnis Physica nititur. Partitis ergo inter Logicam & Naturalem Historiam, pro rata, diebus ac horis, illæ ambæ non admodum excedent unius hominis vires.

Quod si potius hoc negotii Adjuncto Gymnasii dare libuerit, non obstarem, modo esset unde viveret major stipes; quod Historia Naturalis nec sine sumtibus tractari possit; & præterea forte Gymnasium Adjuncti opera in reliquis carere adeo nequiret.

Ad alterum quæstionis membrum breviter respondeo: Requiritur a novo nostro Lectore:

1. Ut propriis sensibus & experientia adquisiverit notitiam

tiam ſuam, tantum ſaltem, quantum libris: alias enim in natura peregrinus eſt.

2. Ut Hiſtoriam Naturæ hiſtorico modo tractet, miſſis abſtractis ratiocinationibus & ſupervacaneis digreſſionibus, quibus diſcipulorum intellectus & memoria onerantur ac confunduntur, verbo: Summo ſe ad diſcentium captum adcommodabit ſtudio; ita tamen, ut naturæ ordinem ſequatur & ſyſtematice doceat.

3. Muſea Lapidum, Vegetabilium, Animaliumque collecta habebit in promtu, ut poſſit ea auditoribus digito monſtrare, quæ deſcribit; imo etiam

4. Quantum fert loci ubi verſatur & viciniarum natura, quodcunque naturale in genuino & naturali ſitu indagare & dignoſcere diſcipulos docebit; & tandem

5. Explicabit tam fines Creatoris, uſusque partium naturales, quam quibus in vita communi & artibus ſingula adhiberi poſſint.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-32889-p0366-2 DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-32889-p0367-8
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-32889-p0368-4
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-32889-p0370-3
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-32889-p0371-9
DFG